

FACULTAD DE





QVIRINVS

INSCRIPTIONES
ANTIQVÆ
totius orbis Romani,
in corpus absolutiß. redactæ.
Cum Indicib. XXV.
ingenio ac cura
IANI GRVTERI: autoris damnati
auspiciis
IOS. SCALIGERI ac, M. VELSERI
autoris damnati *Accedunt*
Notæ *Tyronis* Ciceronis L. ac *Senecæ*.

Ex Officina Commeliniana.

Cum Privilegiis Imperat. Aug. ac Regis Gall.




D M

IMP
CAES




IMP. CAES.
RVDOLPHO II.
PARENTI PVBLICO
PIO. FELICI. PERPETVO
AVGVSTO.
D. N. M. Q. EIVS

IANVS GRVTERVS.



Bvnde constat rerum quæque rarissima ita & vbique, & semper, Principum virorum habita tāquam peculiaria, vt etiam apud priuatos nata aut inventa, statim tamen tacitâ destinatione eisdem transscriberentur. quare non nisi rectè atque ordine Inscriptiones istæ ad te veniunt, sacratissime imperator, parte sui maximâ nunc primum è terræ situ, aut Bibliothecarum tenebris productæ in publicū: & veniunt quidem confidentius, quod sic quoque templi tui tholis propriè conueniant; certè alterius Numinis sacrario neutiquam consecrentur sine notâ, imò scelere. Cui enim inscribatur postvma illa Senatvs Popvliqve Romani fama atqve aeternitas, quàm vni tibi, Caesar Avgvste? legitimo eiusdem gentis capiti. tibi, inquam: qui præterea, ex quo consentientibus humani generis suffragiis Orbi terrarum præfectus es; in hunc vsque diem plurifariam re ipsa ostendis, æstimare te libri huius argumentum pretio vero, hoc est maximo. Nam etsi iam ferè sextum lustrum, Solis more irrequietus, omnium somnos tuâ vigiliâ, omnium otia tuis occupationibus, omnium delitias tuâ procures industriâ; vna tamen tibi sufficit Conscientia ac Fama, ceu laborum istorum præmium vberrimum. Vtrique certè tàm pulchrè hactenus litas, vt Germania tota, bono te suo publico divinitus genitum lubens merito profiteatur; vnique debeat, quod cùm vicinæ regiones ferè inextincto bellorum consumantur incendio; ipsamet in medio posita & coronata flammis tam feralibus, non modò restet incolumis, sed Phœnicis instar, redditâ quasi iuventute, reflorescat. Quo ipso, quamvis ita demerearis omnium opinionem, vt toto passim orbe agas in ore, in oculis, in animis omnium: instas tamen eidem famæ,

tibique clavis verè trabalibus devincis. ideoque, etsi diuina virtutis tuæ ac felicitatis opera, egregiis artificum monumentis, publicè priuatimque prodeant ducta cælo, pigmento, auro; delectaris quidem hâc tuorum pietate: interim haud dissimulas, nihil istorum perennare; non laureas, non arcus, non triumphos, non statuas: sed quotidie, vel terræmotu, vel incendio, vel hostili impetu, vel æuo denique prolixiore obsolescere delectabilem istum oculorum florem: vt contrà ipsâ gliscere vetustate auctoritatem ingeniorum, ac quicquid sibi adplicuerint reddi magis ac magis sacrum & venerabile. adeò quidem, vt omne quod hodieque in rerum natura notitiæ est & nominis, id disciplinis istis liberalioribus jure acceptum feras. Hinc nihil tibi antiquius quàm excitare ac promovere literas, honorem habere ac dignitatem literatis; eo sanè successu, vt artes humaniores quæ sub proauo tuo MAXIMILIANO I. spiritum; sub auo FERDINANDO valetudinem; sub propatruo KAROLO V. colorem ac sanguinem; sub patre MAXIMILIANO II. patriam ceperint; tuis demum fortunatissimis auspiciis, ita niteant, ita floreant, ita exultent; vt nihil felicitati earum accedere possit, nisi vt perpetua sit. Et verò communis hæc illa seculi lætitia tantum potuit apud me, vt quamvis adhuc ambustus miseræ Patriæ flammis, ausus tamen fuerim ingerere me circulo eruditorum, nomenque inter eos dare qui in stadio illo currerent ad palmam. cui conatui ita fauit Euentus; vt me ab ipsis statim carceribus, veluti pusillum Regulum, humeris suis sustulerint magni illi rei literariæ Duumviri, IOSEPHVS SCALIGER, ac MARCVS VELSERVS, hic Germaniæ suæ, ille Galliæ verè Doctorum Aquila; totoque perlatum curriculo ad ipsam deposuerint metam: à qua ecce iterum subleuatus tertii Aquilæ pennis, IOHANNIS, inquam, MATTHAEI WACHERI, tibi, Cæsar, propriè nati; facio quod vides: atque adoratâ hâc publicæ felicitatis purpurâ, statuo ante pedes tuos istas totius ORBIS ROMANI INSCRIPTIONES priscas, obnoxij ac deuoti animi testes. quas vt vultu excipias tuo, id est clementi, debita mentis submissione obtestor. Ita viuas, ita valeas, sacratissime Imperator, orbi vniuerso, magnum longumque ejus bonum.



AD IANVM GRVTERVM

In digerendâ omnium Antiquitatum & Inſcriptionum farragine occupatiſsimum

PAVLI MELISSI FRANCI, COM. PAL.
ET EQ. AVR. CIVIS ROM.

MELOS.

LABORIOSAE pondera ſarcinæ,
Gravemque molem viribus imparem
GRVTERE ſuscepſti, ferendam
Vix humeris (vt opinor) æquis:
Atlante ni quo forte vel Hercule
Suffulciaris membra, Deusve quis
Adjutet auſum, Dædalive
Mens cata, & ars teres Archimédis.
Atqui vetuſtas marmorum & antium
Inſcriptiones, quotquot adhuc ſuper,
Comprendere uno faſce, & unâ
Congerie ſerieque tentas;
Sed diſtributis ordine claſsibus,
Ad quas referri ſingula debeant
Dicata vel ſacrata. Qui te
Non alacrem adſiduumque cernit
Apollo? quæ te non vigilem videt
Diana? Noctes atque dies tibi
Sudat cerébrum in litterarum
Commoda, & uberiora meſsis
Largê metendæ farra. Licebit huc
Inferre falcem cuilibet, & penum
Augere frumenti maniplis,
Liberiusque frui paratis
Per SMETII illam ſollicitam manum,
Tritumque callem. Pectoris ut boni eſt
Ac liberalis candidique
Divitias tot opumq; gazas
Haud invidendas ducere poſteris;
Et huius ævi præcipuê viris,
Antiqua rerum vindicatæ
Delicias & amœnitates
Ratis ſupremas! Pléraque gentico
Sint more quamvis ſcriptaque dictaque,
Æterna durant, optimêque
Promeritis ſua dona præſtant;
Divis honorem, principibus decus,
Bellis triumphum, cojugibus fidem,
Heris amorem. Miror ipſe
Ante alios, facioque pluris
Tales Latinûm relliquias, ſupra
Quodvis vel aurum, vel diademata
Regum, vel externo orbe gemmas
Et lapides pretioſiores,
Et margaritas. Tu niſi ſentias
GRVTERE mecum (SCALIGER hercle enim
Præluſtris auctor, LIPSIVSque
Inclitus hac in opinione eſt)
Quid attinebat ſumere tam diu
Tantum laborem, tantam operam, probê
Rectêque & exactos ad ungues
Quæque ſuis poſuiſſe metis,
Locisque fixis? Quæ tibi præmia
Remunerari poſteritas amet,
Ingrata ne ſit immemorve
Muneris exhibiti benignê;
Niſi ut beari te ſtatuâ aureâ
Dignum æſtimarit? Lemma ſit additum,
Quod cuncta cunctorum priorum
Lemmata in ære recente vincat.

IN AVGVSTISSIMVM OPVS

INSCRIPTIONVM ANTIQVARVM
id eſt
ROMAM REDIVIVAM

AD ILLVST. V.

IANVM MATTHAEVM WACHERVM

DE WACHENFELSA EQ. IC. ET

IMPERIALEM

In aula Cæſaris Conſiliarium

SCIPIO GENTILIS.

IMMORTALE decus terrarum, & ſumma poteſtas
Condita Roma fuit. toties incenſa, virebat
Illa tamen, toties imo demerſa profundo
Extulit auguſtos iterum ſub ſidera vultus
Pulchrior: absterſaq́; fremens regnare favilla,
Victores ſibi capta ſuos ſervire coegit.
Olim armis, & iure potens; nunc legibus Orbem
Temperat, & Scythicam diſpergit lumine brumam;
Humanosq́; homini mores largitur, & artes.
O qualem te te memorem! licet omnis ab Indo
Æquore, hyperborei cana ad confinia Nerei
Barbaries conſpiret ovans, abolere tuorum
Non tamen illa queat titulos, aut facta Quiritum.
Præſertim cum iam præſens tutela RVDOLPHVS
Romanorum ADSIT felici numine rerum:
Dacia nunc Aquilis cuius victricibus omnis
Horruit, & veteres Trajano à principe clades
Nondum oblita, novis luget ſeruata triumphis.
Nam quid Pannoniæ celſis ſimul arcibus Albæ
Deiectos referam Turcas? monumentaq́; Regum
Threicio ſubtracta iugo? geminaq́; receptum
Danubium ripa, Geticas effundere laurus?
Incolumi nihil eſt metuendum Cæſare nobis.
Namque hic Cæſar, hic eſt, cuius pietate vel armis
Libera turba ſumus, cui ſe vincenda reſervat
Impietas, ſæuique furor Mavortius Æmi.
Quem Ruſſi Perſaque colunt, atque vltima Bactra,
Hircanaq́; timet rector Tanaiticus aula,
Et pellitorum feritas adciſa Gelonûm.
Quid mirum eſt igitur, tanto ſi præſide mundi
Exultant arteſq́; bonæ, Romanaque rurſum
Gloria purpureas latè quatit inclyta pennas?
Si lapides, atque æra loqui toto orbe Latina
Incipiunt, priſcumque redit decus aëre caſſis?
Haud periit Roma, haud periit: deiectaque regni
Poſſeſſu, retinet titulis dominantibus orbem.
Quos pia GRVTERI collegit, & ignea virtus,
Æmula Velſeridarum animi, ne Rhætica tantùm
Illuſtrata ſuo tellus ſe iactet alumno.
Nam quid præter opes Latij, Romanaque iura
Tot ſaxis inſcripti apices, totq́; eruta in omni
Vociferantur humo veterum ſimulacra virorum?
Arcuſq́;, turreſq́;, & ſacro pulvere Circi
Area mollis adhuc, morumq́; exſtructa ruinis
Æquora, & ingentes ſubiuncti pontibus amnes?
Quæq́; opera haud penitus lucrum ſapientia mentis
Hauſerit humanæ. quid enim tot damna ſuperbi
Imperij ſpectare iuvet? niſi forte caduca
Omnia vti contemnamus, mortemq́; feramus
Æquo animo, cum regna mori videamus, & vrbes.
At non GRVTERI vilis labor: aurea nobis,
Aurea doctrina & dulcis fert commoda vitæ.
Nec quiſquam eſt adeò ſtudiis averſus honeſtis,
Atque adeo ipſe ſui, divinaque inſcius auræ,
Quem non tanta diu capiant miracula priſci:
Qui non tam doctis hæc plena in marmora rebus
Defixis oculis inhiet, tacituſq́; parenti
Tanti operis ſummas agat, imò è pectore grates.
Te quoque, Cæſarei decus & pars magna Senatus,
WACHERE, ingenuo decet adplauſiſſe labori:
Teque adeo longè reliquis magis, vt tua ſummis
Mens adſueta viris, claraq́; in luce locata,
Nil humile, aut vulgare poteſt tractare: tuuſque
Nec ſinat hoc ſplendor, nec ſancta negocia Regum.
Virtuti commiſſa tuæ. Te Cæſaris olim
Aeriæ videre Alpes mandata ferentem:
Orantemq́; Padi ſtupuit chorus, altaque Roma
Curia tota illuc ſtudiis effuſa videndi,
Et Tarteſſiaci proceres, delecta virorum:
Te comite ingentis cum Regis ad atria Nympham
Mitteret auguſtam montani regia Carni.
At non has inter curas, hac maxima rerum
Pondera, Pierios ceſſas inviſere ſaltus,
Theſpiadumve amnes, muſcoſaque deſeris antra.
O ego quæ præſens vidi, cum regia nuper
Forte adveniſſem viridantis flumina Moldæ!
Quantus in his ſtudiis noſtris mihi viſus, & omni
Antiquâ, dignaque animis illuſtribus arte?
Cui nequeat furor, invidia nec tela nocere.
Quò magis hæc te GRVTERI pulcherrima texta
Eſſe probaturum ſpero, latiq́; favoris
Ipſum, GENTILEMQVE etiam (niſi fallimur) vmbris
Amplecti perrecturum. Sic gratia magni
Cæſaris, æterno meritum te cingat honore,
Et tua Muſarum floreſcant nomina faſtis.

T. B.

ADVERSVS tacitæ damnata ſilentia mortis
Tam varijs olim ſculpta ſepulcra notis,
Barbara ſuccedens quum prorſus ſperneret ætas,
Plurima cum cippis interiere ſuis.
Quæque ſuperfuerant disiecta hinc inde iacebant,
Ceu penitus nullo reſtituenda die.
Hoc GRVTERE, vetas; magno congeſta labore,
Iſta tuâ monſtrant vt rediuiua manu.
Immò quæ ſperni non intellecta ſolebant,
Ecce novo ſplendent lumine clara tuo.
I nunc, & nobis ſyluas rupeſque ſequutas
Orphea cantato, Græcia vana, tuum.
Ante legebantur lapides: interprete demum
GRVTERO lapides en didicere loqui.

IOSEPHVS SCALIGER
Iulij Cæſaris F.

CADMÆAS iactet cur mendax Græcia turres,
Aut Amphioniam ſaxa ſecuta lyram?
Aſpice, quod ſurgens non parva mole Theatrum
GRVTERI ſtruxit Dædala cura mei.
Vſque pererrato terrarum fine petitus
Cernitur ex omni plurimus orbe lapis.
Armorum hic titulis, ille eſt inciſus honorum:
Conſulis hic fulget laudibus ille Ducis.
Nobilium decorum cuſtos GRVTERE Vetuſtas
Explicuit cenſus in tua vota ſuos.
Scripta tot elogiis, tot diſsita ſedibus olim,
In titulos laudis nunc coiere tuæ.

DIONYSIVS LEBEVS-BATILLIVS
apud Mediomatricos Præses Regius.

HERCVLEVS *labor hic, vario tot ab orbe labores*
Congessisse operum, tot monumenta simul,
Tot saxa & lapides, tot marmora totque columnas,
Æra tot & statuas, Artificumq; manus,
Queis tanta attolli & cœlo se educere moles
Incipit, vt iam non grandius extet opus.
Thebanos quali in muros Amphionis olim
Arte agitata simul saxa coisse ferunt.
Macte his, GRVTERE, & semper maioribus instans
Vince animis, æstus exsuperaq; tuos.
Gloria det vires, det responsura labori
Par fama, & curis præmia digna tuis.

CAROLVS VTENHOVIVS
Nieulandiæ Dominus.

SVSPECTA *quamvis sit fides præconij,*
Quo prosequuntur se domestici, tamen
Suspectus heic tibi esse CAROLVS *pater*
GRVTERE *fili, haud debet* VTENHOVIVS.
Idem ipse namque corde & ore censeo,
Quod quisque corde & ore censet, ardua est
Cui notior paulo ipsamet Antiquitas.
Sic nempe parva, magna, depinxti decus
Quiritium quæ prorogant, vt Cous hæc
Nec ipse Apelles potuerit melius, suis
Phidias nec ipse coloribus depingere:
Posthacq; nemo sit futurus qui improbo
Sumptu ac labore visitet sparsa Italum
Passim per Orbem Marmora, hinc capite, hinc pede,
Hinc corde diminuta: cùm palam omnia
Perfectius, videre fas hoc sit libro.
Quippe vt puto GRVTERE *cuncta & exputo*
Non video, Cereris cur repertis frugibus
Nunc glande vesci iligna quis gestiat.

IDEM VTENHOVIVS.

GRVTERE *fili, siue frater mauelis*
Deinceps vocari (quippe qui parente sis
Genitus GRVTERO; *ego* GRVTERA) KAROLVS
INSCRIPTIONVM *quartis ecquid de libris*
Loquatur VTENHOVIVS? *quod optimus*
Doctissimusque quisque: Laudo atque osculor
Industriam hanc simulque diligentiam,
Quæ tot Deos Deasque, totque Numinum
Et Templa & Aras, & Ministros & Popas,
Tot Cæsares, tot Imperatores meros,
Tot Consulares, tot viros Prætorios,
Et pace tot belloque viros nobiles,
Resuscitavit, erutosque faucibus
Mortis, reduxit rursus orbi & lumini:
Quos passibus sequuntur vnctioribus
Et vniuersi & singuli, per quos domi
Forisque Romani Imperij corpus stetit.
Nempe obligasti munere isto sic tibi
Veterem novamque Romam, vt ipsa plus ferat
GRVTERE *se tibi debere, quam suo*
Aut ROMVLO *quondam aut Camillo debuit.*
Restituit alter vrbem & alter condidit:
Sed conditam, sed restitutam sic quoque
Subvertit Ætas longa; quodque reliquum est,
Ita funditus subverteret Ætas longior,
Vt invenire vix medio queat sui
Sui ruinam. Roma sed contra hæc tua
Tua gensque Martia hæc, vigebit perpetim,
Dum Luna summo, dumque Sol stabit polo.
Quin secla quo per plura curret, hoc minus
Senescet; vsque floreum seruans decus,
Dum vel iuuentæ controuersiam haud leuem
Hebæ dolente fecerit pulcra Herculi.

ANNAE PALLANTIAE ET ANNAE
Vtenhovia Acrostichis.

Præeunte prosam CAROLO VTENHOVIO.

IANE *pater cedat cui matutinus Horatî*
NVSquam non anni IANVS *origo noui;*
Gaudia pertentant tacitum mihi candida pectus;
Rex nouus Ausoniæ plaudite IANVS *adest.*
Vnde biceps etiam velut ille Patulcius audit
Terrigenum & Superum Ianitor ille Deus.
Et merito: namque vt Salys Deus ille Deorum est,
Rex etiam hic Vatum est & Deus Ausoniis.
Vtque Bifrons idem quid & ante retroque tuetur,
Sic nihil est quod non IANVS *& iste videt.*

MARQ. FREHERVS.

QVIDQVID *in orbe vago locat ambitiosa vetustas,*
Marmore victurum nomen & ære parans;
Conficit omne malo dente inuidiosa vetustas,
Tempus & humanis fortius ingeniis.
Diruta restituit mundo improba cura GRVTERI,
Tecta aperit, reficit fracta, soluta ligat.
Ære, quadris, statuis, tabularum montibus, orbis
Congerie, æternum surgere cernis opus.
Quale prius potuit ceu condere nulla vetustas,
Nulla itidem deinceps soluere secla queant.

IANVS LERNVTIVS.

QVAS *prisci nobis olim posuere parentes*
Ingenij atque animi signa notanda palam,
Sive decus partum memorabile pace vel armis
Secula quod posset sera monere sui.
Pleraque consumsit fatali dente vetustas
Egregium patiens nil superesse diu.
Ergo aut in tenues resoluta abiere fauillas:
Aut laceram faciem vix reparanda gerunt.
Nunc vbi marmoribus tot credita scripta politis
Stabant Romano quæ numerosa foro?
Artificique manu splendescere iussa metalla
Et præferre catis tot documenta notis?
Rostra vbi nunc arcusque Ducum populique lavacra:
Et Capitolino templa habitata Iovi?
His anni nocuere: magis tamen horrida bella:
Partem maiorem diripuere Getæ.
Atque Getæ atque Hunni, gensque effera Vandali, in omne
Prona nefas, ipsis asperiorque feris.
Sic Mausolæi moles eversa sepulchri est:
Sic vacua Agrippæ cælum imitata domus.
Quin domus ipsa Deum, cecidit vetus aurea Roma,
Rudersbusque suis obruta penè iacet.
Sed licet ingeniis etiam pugnaverit ætas:
Nube vetustatis evoluenda graui,
Plurima sunt avo patrum nostroque reperta,
Multorum meritò quæ studium acre probant:
Armillis illi sanè exornentur & hasta:
Summa modò cedant sponte trophæa tibi.
Nam tua promeruit supremum industria honorem;
Possidet & famæ principem in arce locum.
Perge agedum GRVTERE *gradu pertendere pleno,*
Et benè conceptum prodere dexter opus.
Gloria victrices plectit tibi sedula Lauros:
Iamque tua ad cœlum nomina laude vehit.

Palladis

Palladis auspiciis sodes molire triumphum:
Sumere palmatam fas tibi jure togam.
Fercula distincto praecedant agmine currum:
Doctaq; per titulos dicta subinde novent.
Ordine mox justo praecisis molliter alis
Tempus; & ingenti voce tua acta canat.
Post vultu in terram projecto maesta sequatur
Barbaries collo vincula serva ferens.
Ipse tuo Elogium decori hoc praefigo volenter
Livida quod tristi lumine turba legat:
Quae congesta vides digestaq; corpus in unum
Mille locis Hospes sparsa ea nuper erant.
*S*METIVS *inceptor: provector* LIPSIVS *audit,*
IANVS *perfector Geryon esse potest.*
Quis satis hunc laudet? tumulo veteri excita Roma,
Tollit honoratum ceu solet ante caput:
Nec ferrum aut flammam metuit: secura senecta,
GRVTERI ÆTERNA EST *munere facta novo.*

IACOBVS LECTIVS IC.

IANE quid excusas? fragili committere chartae
Quod juvat inscriptas aere rigente notas?
Scilicet iste tuae frontis pudor, iste modesti
Mos genij, probitas oris & ista tui est.
Si chalybem breve Tempus ais, solertiaq; aera
Esse potest, oculis invia penè meis:
Si fugit humanos aeterna in secula sensus
Quod Pario insculpsit marmore Praxiteles;
Quid seriem annorum, quid te invidiosa Vetustas
Sperem paginulis parcere posse meis?
Attamen, ô, Vati si quicquam credis amico,
Nec vatum rapiunt irrita verba Noti:
Et chalybe & ferro prisciq; perennior aevi
Aere, & marmoribus Charta futura tua est.
Nec tumuli Heroas poterunt defendere letho,
Ni tumulos tumulis eximis ipse suis;
Nec quenquam exitio eripient monumenta, nisi ipsa
Eripis exitio tot monumenta prius.

MICHAEL VANDER-HAGEN.

*R*OMANI *Imperij quàm nota potentia latè*
Eois fuerit Hesperiisque plagis,
Historiae Graiae testantur & Ausones: ipsum
Nec monimenta operum tot numerosa negant;
Sive ea, adhuc majestatis nullius egena
Excelsum tollant sidera ad alta caput;
Sive Vetustatis genuino obnoxia, fracta
Parte sui plangant nobiliore solum.
Prodit & haec eadem non una Inscriptio, linguam
Vocalem quae Aeri Marmoribusq; creat.
Roma sed haec ut tuta minus munimina sentit
Temporis adversus Barbariesq; minas;
Praecipue cum hinc Livor & inde Inscitia vexet
Temporis intactum Barbariesq; minis.
Extitit haud unus qui stantia, quique tenebris
Mersa perennaret tot decora arte nota.
Non malè, si non vel fato, vel forte, disertè
Interruptum istud plus semel esset opus.
Donec se soboles Mavortis Roma retexit
A capite ad calcem nuda, GRVTERE, *tibi:*
Momentoque repraesentavit singula, seclo
Quicquid currenti est praeteritoque fuit.
Nec mora: cuncta notas oculis animisq;, & in unum
Rite coacta, Orbi reddis utrique palam:
Et facis, ut verè jam demum Aeterna vocari
Roma queat, Mortis libera tota jugis.

Nam quî, quaeso, perire queat, quae iam modò per te
Vitas uno eôdem tempore mille capit?

HENRICI SMETII ODA.

HVMANA quamuis mens sibi conscia est
Vitae perennis: corporis hoc tamen
Se carcere indignans in arcto
Et nimium fragili teneri:
Terrae vniuersae compita peruolat,
Rimatur intus viscera montium,
Marisque abyssos, & sagaci
Ingenio speculatur astra.
Nempe allaborat quaerere gloriam
Sibi perennem: coniugis & sui
Hanc corporis vitam fugacem
Perpetuâ reparare famâ.
Haec cura Nili ditibus accolis,
Belloque magnis Romulidis fuit.
Testantur enormes Colossi,
Pyramidesque, Obelisci, & Arcus.
Romana deinceps cum studio pari,
Egit propago, nomina vt & sua,
Et munia, & curas suorum,
Ipsi etiam lapides loquantur.
Quanti ô laboris, quantae operae fuit,
INSCRIPTIONES colligere angulis
Ex omnibus, quaqua coruscus
Sol Oriens micat, Occidensque!
Quas dum GRVTERI mens vigilax libro
Offert in vno: non alios modò
Aevo priores, sese at ipsum
Herculeo hoc opere ipse vincit.

BON. VVLCANIVS.

*S*CILICET *haec etiam te laus* GRVTERE *manebat,*
Post maculas prisci abstersas scriptoribus aevi,
Quas illis sciolorum audax asperserat error:
Marmoribus quoque splendorem reparare vetustis,
Et statuas cipposque situ quos presserat atro
Longa dies, dias revocare in luminis auras.
Et variis inscripta notis animare metalla.
Testamenta, sacros ritus, Consulta Senatus
Et quicquid memorabile habet veneranda vetustas
Eraere, & Mnemosynes inscribere libris.
O te felicem studij, Herculeique laboris
Tanto operi impensi; quod non longinqua abolebit
Annorum series, aut aevi saeva potestas.
At tibi pro meritis dignas persolvere grates,
Aut aequare tuas quis speret carmine laudes?
Non ea vis animo aut tanta est fiducia nostro.
Nam mihi lenta salit circum praecordia vena, &
Difficiles veniunt in vota senilia Musae.
Quod potero faciam tantum & fungar vice cotis,
Inque tua, GRVTERE *acuam praeconia laudis*
Par Iuuenum, queis nulla pares dedit aut dabit aetas,
Heinsiadem Grotiumque meum; quorum accipe versus
Queis tua commendant seclis monimenta futuris.
Nanque alios quid commemorem, qui siue rogati
Siue suâ ornabunt docto te carmine sponte?
Me tantum excusatum habeas, quod nil tibi maius
Hoc offerre queat languens mea tempore Musa.

HVGONIS GROTII I. C.

IAMBICI TRAGICI.

ἄθλιπτος.

ORBIS supremi pignus, Æterni Sator *προσφώνησις*
Immense SERPENS, ripa quem Nili colit *πρὸς*
Squammas virentem semper, & torios sinus, *τὸ* NEICI.
Qui volvis agmen simplici flexum viâ
Tui relapsus in notas vestigii,
Certis & hæres pervicax exordiis,
Voluminumq; lubricis anfractibus
In os reductam prodigus caudam voras,
Tui Triumphans pandit æratas fores
GRVTERVS ANTRI: Propter annoso situ,
Quæ sola crescit Temporis dispendio,
Repit Vetustas ipsa consumptrix sui,
Trahique gaudet. Ille demorsos tibi
Reposcit annos, quaque Lustrorum parens
SPELVNCA servat Sæcla, decurrentibus
Reddenda Sæclis ducit in lucem manu,
Ævoque prisco donat ereptum diem.
Quicquid superbus ambit Astrorum Chorus, Pereunt omnia tempore:
Et illa Signis picta Testudo Poli,
Quicquid creatum siderum princeps Deus
Victrice Noctis Phœbus illustrat face,
Fatale vulnus sentit Annorum vices,
Tempusq; cuncta perdit, & primum perit.
Tam pulchra rerum forma res est unius
Dies Diei, dumque festinat mori
Occidit Ætas. Unda Momenti rapax
Nunquam manentis, quicquid occurrit, gravis
Trahit fluenti mole, nec parcit sibi.
Excisa rupi saxa cano gurgite
Ferocientis pulsa nequicquam Sali, Etiam metalla:
Quæ non voravit fluctus, absorbent dies.
Venis notatum Marmor, & commercii
Mortalis aurum pignus, & Gemmæ satas
Quascunq; conchâ littus Eoum vomit,
Durisque Terræ partus inventum neci
Lethale Ferrum, deteruntur Sæculis:
Vitamq;, cali docta quam rectrix manus
Infudit æri, Temporum tollit mora.
Quid ista fleimus parva, cùm totæ solo
Æquentur urbes. Heu QVIRITES patriam Imò ROMA
Efferte: ROMA funus est tantum sui. quoq;
Urbisq;, SEPTEM quæ sedens in MONTIBVS
Sublimis Orbi iura subiecto dabat,
Illinc Diei sparsus, hinc Noctis Domum
Tangit, nec ipsâ clausus Europâ cinis.
In omne Mundi se latus lapsu gravi
Ruina fudit. Tuque GRÆCI sanguinis Et GRAECIA:
Altrix, & omnis Magna DOCTRINÆ PARENS,
Olim tuorum Terra felix spiritu
Quàm nulla restas! Dira Fatorum lues, Et in iis RELIGIOSA;
Si nil profanum, quamlibet magnum, tui
Ferale virus effugit contagii,
Et debitas peste PLVTONIS manus,
Tamen Sepulchris parce. Sacras MANIVM
Sedes, & illud si quid est quod Mortuis
Datur superstes esse, quod vivi colunt,
LEX VNIVERSI terret, & rursum mori.
Virgo Triformis Orbis immensi novis
Dotata prædis semper, & Rerum Malo,
Quid impotenter in tuas sævis opes,
Quid BVSTA CIPPOS & graves Victoriæ
Testes COLVMNAS, & Tropæorum struem
Deles, nec ORCVM liberas ORCI metu.
Umbræ silente, Vulgus inferni Iovis,
Quibus quietem spondet æternam palus
Iurata Divis hic, quod amittant, habent:
Postquam, FVERVNT, indices perdunt, quibus
FVISSE constet. INSTAT ET MORS NOMINI.
Fas est profectò, Fas tamen Divos queri SACRA;
Minus minores. Inferis non est grave
Pati Supernis Numinum turmis idem.
Rex ipse Divûm Fulminis Diri potens,
Et circinantis tota Cœli Civitas
Iniurioso prorutas ævi pede
Despectat Ædes tristis. Ingentes moræ
Cedunt COLOSSI. SOL suos Annos timet,
ET LVNA menses. Templa decrescunt situ.
Iam nulla pendent è THOLIS DONARIA,
Iam nullus aras Agnus humectat Deûm,
Nec PROSICANTVR EXTA, nec turis iacit
Acerra fumos, nec fluunt imbres meri.
Delubra sordent. Umbra Lucorum iacet
Honore nullo. Cœlitum vultus sacri,
Imaginesq; poplitem flexit quibus
Supplex precantûm turba, sunt ludibrium
Ævi rapacis, & profani Temporis. PVBLICA;
Et ille Sacris æmulus REGVM LABOR,
Impendiisque structa moles publicis,
Census Beati Sola, durando perit.
Nam sive latâ subiicit Saxum Basi
Acuminato PYRAMIS fastigio
Tactura Cælum, sive PONS LONGVS domat
Superbientes Amnis obiectus vias
Agris timendi, sive iussu Principum
PALATIORVM surgit excelsum decus,
Altamque iactant tecta culmen Barbaris
Suffulta Pilis, in suum finem ruunt.
Quicquid futuris destinatur Sæculis, quorum vix
Hæredibusque postumis inscribitur, Inscriptiones
Mox lancinatis literarum ductibus, restant:
Vocumque membris sponte dissultantibus
Antiquitatis vindices perdit NOTAS.
At tu, supremum STIRPIS ANTIQVÆ jubar quæ prodeunt; auspiciis
Alumne Cœli, CÆSARIS MAGNI genus, SCALIGERI,
Qui das vetusta post futuris secula, &
Bataviæq; gentis Eoæ sonos,
Polumq; terris, teq; nobis, dum licet
Succurre Mundi SCALIGER damno. TVVM
Te TEMPVS audit. Te decet Lustris dare
Leges, & annis. Ille felici manu
Ferventis Ævi raptus ex INCENDIO
THESAVRVS, Orbis NAVFRAGI lectæ tuâ
Dextrâ TABELLÆ, parq; VELSERI labos, VELSERI;
Perosa dudum claustra privati Laris
Ibunt in auras, Regna nec posthac ferent
Nocturna, seque mancipabunt publico.
Novo Parentum maximorum Fœtui
GRVTERVS almam primus alluxit Facem, Opera GRVTERI.
Industriaque munus obstetriciæ
Promisit: ille tot virorum nomina
Invidit Orco, totque laudes Cœlitum,
POSTLIMINIq; IVRE luci reddidit.
Custos inertis ante Cocyti Canis ΕΓΚΩΜΙΟΝ.
Cogente magno vidit Alcide diem
Miratus ore triplici Solem novum,
Vicarioque functa letho Thessala
Vitæ recepit lumen impensum viro.
Blandum sonante Ditis horrendas Lyrâ
Demulsit aures, coniugem qui perditam
Recepit Orpheus, & receptam perdidit.
Tenace Mortis impeditum compede
Ars Æsculapî liberavit Virbium.
Et absoluto jam colus penso semel
Novata nentes fila lassarunt Deas.
Plus ille fecit, qui tot ACTI TEMPORIS
RES delitere non sinit mersas STYGI,
Per quem senectam nulla MOLES pristini
Persentit Ævi, nec datum LETHES aquis
Opus caduco Regium sumptu perit;
Et Mortuorum (quis putet?) MANES suis

VIVVNT SEPVLCHRIS. *Sint vt hæc communia,*
GRVTERVS *ipsos solus* ÆTERNAT DEOS,
Et sacra seruat. Est & hæc laus propria.
Vicêre plures antè Leges Tartari,
Pro se nec vnus, quosque VIVOS *transtulit*
Omnes reuexit morte confectos Charon.
At hic PERENNE NOMEN OMNI SÆCVLO,
QVOD DÎS, ET VMBRIS REDDIT, HOC SERVAT SIBI.

DANIEL HEINSIVS.

Ὅσα πάλαι στῆσαντο νέης ἀναθήματα νίκης
Δεινοὶ Ἀρειμανέων ΚΑΙΣΑΡΕΣ Αὐσονίων.
Ὅσα πάλαι κρατερῆς ΥΠΑΤΗΙΑ φέγγεα ΡΩΜΗΣ
Εἵσατο, πατρῴης ἐκτὸς δουλοσύνης·
Ὅσα πάλαι πολέμοιο μεμηλότες ἡγεμονῆες
Γράψαν ἐπὶ σκύλοις, γράψαν ἐπὶ λαφύροις.
Ὅσα πάλαι πραπίδεσσιν ἀρηρότες ἄνδρες ἔθεντο
Ἱερὰ παντοίων ἔμμεναι ἀθανάτων.
Γράμμασιν ὅσσα σοφοῖσιν ἐμοὶ ἐχάραξαν ΑΧΑΙΟΙ
ΧΡΥΣΟΣ, ΟΔΟΙ, ΝΑΟΙ, ΤΕΙΧΕΑ, ΘΥΣΘΛΑ, ΛΙΘΟΙ.
Πάντα κόνις μία κρύψε, καὶ οὐκ ἔπι φυκτὰ πέλοντο
Αἰνύμεναι γλαφυροὺς κῆρες ἔβαν καμάτους.
Πάντα δ' ἔναλλα φέροντο πάλαι πάλαι, ὤμοι ἀνάγκης,
Ἔνθεα καὶ βωμῶν γράμματα καὶ ξοάνων.
Ἦτοι ἄναξ ΚΡΟΝΕ δεινὸν, ἀνηλεὲς ἦτορ ἔχεσκες,
Πιερικῶν λίην ἄμμορον ἀγλαϊῶν.
Πάντες ὀνείδιζον σοι ἀμείλιχος, οἷον ἐποίεις
Μνημοσύνης ἁπαλῶν στήθεα θυγατέρων.
Οὐδὲ τεὴν ΓΡΟΥΤΗΡΕ τάδε φρένα δὴν ἐλάθεσκε,
Τυκτὰ δὲ ΜΟΥΣΑΩΝ ἔντεα δὺς προθύνης.
Αὐτίκα δὲ ΣΚΑΛΑΝΟΝ ἑλὼν μέγαν, εἶλαρ ἔσεσθαι
ΖΗΝΟΣ ἐριγδούπου πατρὶ μαχησαμένῳ
Ἶσωρ δ' ΩΚΕΑΝΟΙΟ φίλος παῖς ἔπλετο ΡΗΝΟΣ,
ΡΗΝΟΣ ΙΒΗΡ λαμπρῆς κιδνάμενος προχοῆς
Ἀντίτυπον σάλπιγγος ἑὸν στόμα καλὸν ἄειρε,
Ὄρθια δ' ἐλθόντος πρὸς πόνον ᾆδε μέλη.
ΕΥΟΙ ὅς ΔΙΟΝΥΣΟΣ ἐπίαχε ταῦτα λελογχὼς
Ῥεύματα, νυμφάων σιώνομος ὁπλοτερέων.
Οἰοπόλοι ἐχόρευον ΟΡΕΙΑΔΕΣ, ἔβρεμεν ΗΧῼ
ΠΑΝΙ φίλῳ λεπτοὺς πηξαμένη δόνακας.
Ἔνθα θεός τοι ἔδωκεν ἀδίην μέγα κῦδος ἀρέσθαι
Λαὰξ δὲ νιν ὑμετέρη ἔφθασας ἰωρέη.
Ἠράμεθα κλέος ἐσθλὸν, ΙΗ, ΚΡΟΝΟΣ ὁ πρὶν ἐπιστὰς
Οὐδει πολλὰ παθὼν κεῖται ἐρεισάμενος.
ΙΗ ΙΗ ΓΡΟΥΤΗΡΕ φίλαι φίλαι εἴπατε ΜΟΥΣΑΙ
Εἴπατε δ' ἀρχαίων ἱέμεναι ΧΑΡΙΤΩΝ
ΣΤΥΓΝΟΣ ΕΗ ΑΜΑΘΥΝΕ ΠΑΛΑΙ ΚΡΟΝΟΣ ΑΓΡΙΟΣ ΑΡΠΗ
ΧΡΥΣΟΝ, ΟΔΟΥΣ, ΝΑΟΥΣ, ΤΕΙΧΕΑ, ΘΥΣΘΛΑ, ΛΙΘΟΥΣ.
ΑΝΤΙΚΡΟΝΟΣ ΓΡΟΥΤΗΡΟΣ ΕΩ ΠΑΛΙΝ ΕΓΡΕΤΟ ΧΑΡΤΗ
ΧΡΥΣΟΝ ΟΔΟΥΣ, ΝΑΟΥΣ, ΤΕΙΧΕΑ, ΘΥΣΘΛΑ ΛΙΘΟΥΣ.

DAVID HOESCHELIVS.

Υἱωνὸς τοῦ Ἀδὰμ, προϊδὼν κατακλυσμὸς ὅτ' ἔσαι
Τοῖος, Ἰώσηπος οἷον ἔγραψε, πάλαι:
Εὕρεμα τεχνάων ξύμπαν ταμίευσ' ἀναμνήσει,
Ἐγγλύψας στήλαις πλίνθοιο καὶ λίθοιο.
Ἆρά τι καὶ σέο νοῦς προορῶν, Γρουτῆρε, πέλωρον·
Σπουδῇ καββαίνει ἔργον ἐς ὧδε μέγα;
Μῶν ὄλεθρον σεισμὸς τῆς γῆς πολίεσσιν ἀπειλεῖ;
Μῶν ὁ Ἄρης μούσαις, μῶν χαρίτεσσι, βλάβος;
Πρὶν γοῦν στρεφθῆναι σύμπαντα ἄνω τε κάτω τε,
Πρὶν καὶ φθαρθῆναι ἀγλαὰ δῶρα θεῶν:
Ἑλλάδος, αὐσονίης, κειμήλια, ἄλλοθεν ἄλλα,
Ζητῶν νωλεμέως, εἰς φάος ἄρτι φέρεις.
Ἄλλοι ἂρ αἰνεύντων κόσμοιο τὰ θαύματα κεῖνα,
Θήβας αἰγύπτου τὰς ἑκατονταπύλους.
Ἰφθίμης βασιληΐδος αὖ βαβυλώνια τείχη·
Μνῆμα τὸ Μαυσώλου· πυραμίδων τε δομήν·
Κίονα τὸν χαλκοῦν, εἴτ' ἐν Ῥόδῳ ὄντα κολοσσὸν,
Ταρπήιόν τε λόφον· Ἀδριανοῦ τε νεών.
Ταῦτα, μέγιστα πάλαι, κόνις ἤδη, τοὔνομα μοῦνον
Γνώρισμα· οἷα φιλεῖ ἔμμεναι ἔργα χερῶν.
Τοὔνεκα σεῖο πόνον, Γρουτῆρε, διαμπερὲς ἡμεῖς
ᾄσομεν, ὡς φυίης ὄντα καὶ ἀθάνατον.

NICOLAVS REVSNERVS I. C. COMES PALATINVS CÆS.

Qvicquid in Europa veteris mirabile sæcli
Extat, & antiquis extitit ante libris:
Sive Deûm cultus priscos formasq; Dearum,
Seu veterum spectes clara trophæa Ducum:
Sive Magistratus antiquos, siue Monarchis
Consulibúsve pium, quod datur, obsequium.
Siue Palatina officia, & Collegia, & ipsos
Artifices; veteris deniq; Militiæ,
Seu monumenta virûm, qui vel periere sub armis,
Laude sua vivi vel meruere decus.
Quæque sibi præstant vir mutuò & vxor, amici
Cognatiq; simul quæ, Sobolive parens;
Aut contrà; vel quæ liberti curâ patrono
Debita, vel quis honos præstitus huic & amor:
Omnia & his vno (mirum!) plura addita libro
Auspiciis fas est cernere, IANE, *tuis.*
O decus! ô labor immortali dignus honore!
Pro meritis tribuant Dij bona cuncta tuis.
Id nec enim possint homines, largè tibi quamuis
Cuncta sagi exhibeant munera, cuncta togæ.

TOBIÆ SCVLTETI I. C. AC CONSIL. CÆS. Parodia.

Nvnc est legendum, nunc hilari manu
Voluenda charta est; nunc Latiaribus
Explere curiosiorem
Tempus erit dapibus iuventam.
Ante hac querelis prodere Gothicos
Iuuit furores, qui Capitolio
Vrbiq; dementes ruinas
Funus & Imperio pararunt.
Intacta sæuorum à grege Militum
Quæcunq; restant abdita marmora
Lustrare, fortunæque priscæ
Reddere nunc potuit GRVTERVS.
Vix Roma tantis sospes ab ignibus
Sibi ipsa credit: tam lepido omnia
Redegit in priscos decores
Verus hic Italiæ ruentis
Assertor: etsi SCALIGER *hinc suam*
Fert iure partem; nec minus incluta
Debetur, ob ius auspicale,
VELSERIO *capiti corona.*
Fatale nostro sæculo, in intimos
ANTIQVITATIS *proruere angulos:*
CONVIVIORVM *alter latenteis*
Mente cata reparare ritus:
Alter iacentis MILITIAE *decus*
Nouare tentat fortis, & abditas
Volgare formas MACHINARVM:
FVNEREIS *alius sepulchris*
Determinata Morte potentior
Priscos Honores asserit: Omnibus
GRVTERVS *antistans feretur*
Non humilem meritus Triumphum.

PETRVS SCRIVERIVS.

POst operam impensam, desudatosque Labores,
Vltima quos Vulgi trudit in ora manus,
Ecquid erit præmî? nam si benè iudico, tantum
Post Opus emissum non inhonorus eris.
Fallor, an hunc totus Librum venerabitur Orbis,
Et diffissa tuis laudibus ora geret;
Teque tuúmque ipse sacrabit nomen Olympo
Chelarum propter Erigonesque domum?
Macte, ô, si sileant Homines, te SAXA loquentur
ROMVLA, nunc Linguas sunt ea nacta suas.
Et meritò: namque hæc nullis obnoxia damnis
Incipiunt Fato prosperiore frui.

Ingenii

Ingenij sunt ista tui: quid, quod magis; olim
Florebunt cultu splendidiora tua.
Ipsáque in hoc dicent se lapsa furentibus Hunnis,
Vt veneranda magis te renovante forent.
Qualis supremo sibi præfica funere Phœnix
Pulchrior exusto fit recidiva rogo.

IANVS IACOBVS BOISSARDVS VESVNTINVS.

PRæclarè vitam instituit; cui cura iuuare est
Proximum, & humanæ commoda amicitiæ.
Conatus qui omnes huc dirigit, vtilis vt sit
Omnibus; & prosit qua ratione potest.
Ille bonos inter radianti fulgidus ostro,
Lemnisco frontem circumeunte, micat.
Illi æterna offert victricem Gloria palmam;
Cæsariem lauro virgine cingit Honos.
Ille Deis carus, carus mortalibus audit:
Securoque premit pulla feretra pede.
Quòd si ita res habeat sese (quis vera negabit?
Nî cui sit fatuo pectore sensus hebes.)
Præmia quanta tibi tandem, quæ encomia solvet
Facta tuo locuples munere Posteritas?
Nulla ætas vnquam seclis ventura futuris
Æquabit meritum, magne GRVTERE, tuum.
Non tantum calles sanctarum dogmata legum,
Quæ docuit sacro carmine diva Themis.
Solicita arcanos Naturæ indagine motus,
Et rerum causas quærere cattus aves.
Nosti præterito, & quæ nostro tempore gesta
Traduntur longis condita in historiis.
Nec satis hoc visum est: Ne quid nescire puteris,
Ingenij vires porrigis vlterius.
Quicquid diversis Obliuio texerat ævis,
In clarum certas id revocare diem.
Quod commune tibi est cum multis: attamen ipse
Invita superas quemlibet inuidia.
Multi doctrina, multi ampla laude celebres
Hoc studium pridem proposuere sibi;
Prisca antiquorum scriptis monimenta notare,
Et quæ marmoribus sculpta vetusta patent.
Quædam Mazochius, Panvinus multa reliquit;
Quorum auxit doctus quondam Apianus opus.
Roscius hos, atque Vrsinus, Poldusque secuti,
Clusius, Occo, Valens, Lipsius, & Smetius.
Idque iter ingressi Roussatus, Scaliger, atque
Cnibius, & magno non minor Aldus auo.
Atque alij, qui successu felice potiti
Illustres inter promeruere locum.
Sed tu horum insistens ausis, progressus es vltra,
Ad maius spirans sedulitate decus.
In medio socios stadio dum namque relinquis,
Meta extrema citis est tibi tacta rotis.
Collecta à reliquis auxisti, eademque repurgans
Mendis (diuersi queis scatuere libri)
Ad primum rursus splendorem manca reduxti,
Solerti gnarus scabra polire manu.
Discerpti Hippolyti membratim frusta resumens
Priscæ illum vitæ munere restituis.
Fecisti vt formam vestiret vbique probatam
Indigesta inter rudera congeries.
Nam quod seiunctum à multis per membra relictum est,
Per te vnum in corpus redditur Imperium.

ANTONIVS MAVCLERQVIVS.

HAs quis delitias, delitias Deûm
Vincentes, liquidum nectar & altilis
Quadras ambrosiæ scilicet, è sacrâ
Nobis largiflue suppeditat penu?
BIFRONTEM veteris fabula temporis
JANVM tam dubiis laudibus extulit,
Vt nunc vix aliquam repperiat fidem:
Te sed tergeminis præmia laudibus
Non incerta manent, JANE, virûm decus
Doctorum radiis qui Sophiæ nitent.
Nam quod grandius aut magnificentius
Posset surgere opus cuiquam opere hoc tuo?
De quo cuncta licet maxima dixerit,
Hic aut ille, tamen dixerit is parum:
Nedum vaniloqui palleat ad notam,
Mausoleion opus si ferat alterum,
Miracliqne ideò nomine dignius
Octavi, omne hominum quod stupeat genus.
Quicquid fida tibi marmora suggerunt
Orbem per triplicem; more modoque Apis
Mutas Pierios continuè in favos
Distinguisque suis ordine cellulis.
Ecce vt multa Deûm, multa hominum, sui
Qui quondam fuerant seculi adorea,
Laus istis niteat suaviter areis!
Haud unquam videas surgere latius
Florum mille acies, quos color atque odor
Carptos ungue quidem Pallados arguat,
At natos bifido Calliopes jugo.
O salve veterum fama Quiritium
Graiorumque nigris obsita nubibus!
Iam priscam faciem sumis & emicas
Maiorum radiis æmula siderum.
Jam semper juvenans conspiceris; nec est
Quod dentes metuas Temporis invidi:
Jmmortalis agis, facta tui fabra.
Has GRVTERE tui est gratia muneris
Quam grato celebret pectore Theseüs,
Quam grato celebret pectore Romulus:
Tanquam qui videant mnema datum sibi
Quo non esse queat mnema superbius.
Solvi ergo metuens penna superstitis
Rumoris superis te sociat choris;
Ac frontis gemina JANVS eis cluis
GRVTERVS: geminam quis faciem, rogo;
Dicendus gerere est, hanc nisi nunc geris?
Heroum dum animas mille virescere
Constantique jubes vivere gloria:
Dum non illa modò cernis item ac foves,
Quæ sunt quæ fuerant nuper heriquè; sed
Ætatum spatio sexdecim & amplius
A nostro penitus segrega tempore.
Imò jure Deûm concilio cluis,
Ævoque huic itidem, JANVS opimior.
Quem sic fœderibus junctæ adamantinis
Virtus ac Pietas altius elevant
Vt vultus valeas sumere bis duos
Ac IANVS QVADRIFRONS esse, gemente vel
Ter tristi Invidia: præcipuè decus,
Sustentante tuum grande DVVMVIRIS
Jllis Cecropidum ac Romulidum rei:
Planè SCALIGER hinc dum juvat, hinc fuit
VELSERVS studiis, auspicio pari;
Theseus vnus adest alter & Hercules.
Quos dum cogito; non amplius istius
Molem ingentem operis, comparo seculi
Miraclis veteris septem: id Olympicum
Sed cœlum potius dixero. quin id est
Cœlo cœlum etiam majus Olympico,
Quod tanti ille DVPLEX æstimij putat
ATLAS, vt humeris sustineat suis.

CVNRADVS RITTERSHVSIVS.

Γράμματα συλλέξαντος ἐνιγεγλυμμένα πέτραις
ΓΡΟΥΤΗΡΟΥ ἀδάμαντι γράφει κλυτὸν οὔνομα φήμης
Μνημοσύνη τ' αἰὰν διαφημίζει ἀνὰ πᾶσαν.
Χαῖρε, φίλε ΓΡΟΥΤΗΡΕ· τεὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται,
Πέτρας τε κρατερᾶς μονιμώτερον ἠδ' ἀδάμαντος.

Idem de obitu FVLVII VRSINI ROMANI.
Ad Illustr. MARCVM VELSERVM Reip. AVGVST. IIVirum.

VRSINVM quo vix probior, vix doctior alter,
Vix senior domina vixit in Vrbe Viro,
Emeritum pridem, sed adhuc præclara merentem
De studiisque bonis & genus omne libris,
Communem ire viam postquam Mors impia adegit,
Nec potuêre virum tot merita eripere:
Omnia complebat mæror loca pervia Musis:
Omnia erant gemitus, omnia squalor erant.
Omnis & est Helicon luctu concussus, & omnis
Turba ruit, vulsis crinibus Aonidum.
Te quoque, quem impositum fulgenti Gloria curru
Pieridum haud vulgò per loca nota rapit,
Augustâ, VELSERE, nihil quo Augustius Vrbe
Iurat se Aonidum nosse loquive chorus,
Vidimus humenti tergentem lumina dextra,
Dum desiderio carperis icte pio,
Suspirasque tuos luctu deperditus ignes,
Et bona, quæ pariter totmoda Mors rapuit:
Hà bona, præ quibus ignores Iovis altitonantis
Nectareos latices Ambrosiasque dapes.
Viuebat quippe ille tibi notissimus, & tu
Pendebas veris hæc bona ponderibus.
At nunc parce oculis tandem, VELSERE, fugato
Et gemitu pectus solve age lætitiâ.
Hem, luctum qui mutet adest in gaudia, præstetque
Vbertim VRSINI funere damna data,
GRVTERVS, cuius cata mens opus arduum & ingens
Molitat, à tenebris vindicat atque situ,
Illustri inque loco tanta inter nomina nomen,
Lethéis, statuit, ne rapiatur aquis.
Felix tanta operis structurâ! nulla dies cui
Vnquam tabifici damna ferat senij.
Per quem tot lapides vocales, saxaque fiunt
Non muta ex mutis, invida num poterit
Fama silere virum? Per quem tot nomina viuunt,
Credámne hunc vllo tempore posse mori?
Quod facis, huic, VELSERE, operique viroque faveto,
Præbet cui liquidum & SCALIGER auspicium.
Sint modò Patroni studiis, artesque vigebunt:
Vrsinosque etiam Teutonis ora dabit.

P. BERTIVS
Æternitati Sacrum.

TEMPLA, Arcus, Statuas, magni monumenta laboris,
Imperijq. sui, vacuum struxere per orbem
Romani rerum Domini, gens Martia; eundem
Finem Vrbis Orbisque rati. Nunc plurima cernas
Conversa in Cineres, multa abdita, cætera passim
Divulsa, heu miserum! vix vt cum nomine restet
Vmbra atque imperij falsa sub imagine truncus,
Aut si quid trunco truncum mage. Scilicet illa
Quæ dedit vna dies, mox altera sustulit. At ne
Relliquias secli veteris populique Quiritum
Fata eadem eriperent nobis premerentq. tenebris
GRVTERI effecit mens enthea; quæ simul omnes
Romani Imperij percurrens undique fines,
Hesperios, Gallos, Græcos, Parthosque fugaces,
Sauromatas, toto divisosque orbe Britannos
Marmora collegit, lapidesque & saxa reponens
Ordine distinxit; totq. & tam clara reperta
Tot statuas, arcus, cippos, vastasque columnas
Complexus doctis tabulis, ne tempore possent
Absumi iussit simul æternare. Quid vltrà
Mens humana queat? Quod non potuêre minaces
Instructæque acies, quod non signa atque cohortes,
Victricesque Aquilæ, aut populi Fortuna togati,
Æmulus Alcidæ potuit GRVTERVS. Abite
Qui Martem Phœbo aut Musis præstare putatis.

IOH. ISACIVS PONTANVS.

DVm quondam Romana manus victricibus armis
Et deportatis terraque marique trophæis
Imperium extendit qua respicit vltima Thyle,
Et simul Hesperius simul huic pareret Eous,
Haud peritura sui voluit monumenta laboris
Erigere; & passim jam signa beantia cælo
Æternis dederat saxis, nisi auara vetustas
Saxa peredisset, fecisset nubila signa:
Sed vetus atque novum duo doctus secla GRVTERVS
Et cuncta ingenio renovans antiqua Reperta
Hac etiam incensus curâ, dudum auspice magno
SCALIGERO, quicquid ROMANVS terminat ORBIS
Ingenio aut vidit, seu charis notus Amicis,
Europæ extremis ea cuncta reportat ab oris,
Et ROMANVM ORBEM noviter nostro excitat orbi,
Atque illum melius mansuris fundat in agris.
Macte animis, vir magne, istis, & viribus istis!
Non tibi vel MARIVS certauerit aut MARCELLVS
Imò ille ipse suos submittat SCIPIO fasces
Martia qui toties spectanda Quiritibus ora
Præbuit, & toties laceras firmarat habenas;
Verùm illi partem Imperij pro viribus auctam
Et defenderunt & latius asseruerunt.
Vnus tu totam ROMANAM restituis rem:
Vnde etiam STATOR IMPERII nunc solus habendus.

ELIAS REVSNERVS.
MEDIC. ET HISTOR. PROFES.

SEptem mirata est Orbis miracla vetustas
Dædaleâ quondam quæ fabricata manu.
Nil hæc ad tantum, Herculeo GRVTERE labore
Arteque Dædaleâ quod modò condis, opus.
Romulei hoc omnes Procerumque Deûmque colossos
Pægmataque (& quid non? exhibet Imperij.)
Macte tuo genio! non hoc, velut ista, vetustas
Destruet, aut cariem sentiet atque situm.

IOAN. IACOMOTIVS.

QVID poscis monumenta tibi GRVTERE parari
Quæ te loquantur mortuum?
Vivis adhuc gratus superis, & gratus amicis,
Gratusque Musis omnibus.
Fas vivos tumulare vetat: post funera demum
Tristes canantur Næniæ.
Ergo vive tibi charus, cœptosque labores
Ad umbilicum promove.
Nam dum quæ tandem carpit cariosa vetustas
Inscripta bustis nomina,
Heroum cippos, semestum marmor, & æra,
Sculptasque moles arcuum
Restituis, nonne ipse tibi immortale sepulchrum
Heroas inter extruis?

FRIDE-

In frontispicio Panthei Romani, quod nunc ædes S. Mariæ Rotundæ, sequentes duo leguntur tituli. Prior literis pedalibus.

PAN-THEI.

1 M. AGRIPPA. L.F. COS. TERTIVM FECIT

Alter paulò inferius, literis digitalibus.


IMP. CAES.L.SEPTIMIVS.SEVERVS.PIVS.PERTINAX. ARABICVS.ADIABENICVS.PARTHICVS.MAXIMVS.PONTIF.MAX.TRIB.POT.XI.COS.III.P.P.PROCOS.ET
IMP. CAES.M.AVRELIVS.ANTONINVS. PIVS.FELIX.AVG.TRIB.POTEST.V.COS.PROCOS. PANTHEVM. VETVSTATE.CORRVPTVM. CVM. OMNI. CVLTV. RESTITVERVNT

Vidit Smetius.

Romæ in domo Laurentij Vellæi, ad forum piscarium, ara marmorea.

2

In latere dextro.



In latere sinistro.

A Pighio Smetius.

Hispali.

3 PANTHEO. AVG
SACRVM
L. LICINIVS. ADAMAS
LIB. FAVST. II VIR. AVG

A Busbequio & Morali.

Castilione prope Mediolanum, in templi fornice antiquo, marmoreo, quadro.

4 HERCVLI. MERCVRIO
ET. SILVANO
SACRVM. ET
DIVO. PANTHEO. EX. V

Pighius à Studioso quodam accepit.

Astigi inter Cordubam & Hispalim, nunc Ecigiæ.

5 P. NVMERIVS. MARTIALIS
ASTIGITAN. SEVIRALIS. SIGNVM
PANTHEI. TESTAMENTO. FIERI
PONIQVE. EX. ARGENTI. LIBRIS
C. SINE. VLLA. DEDVCTIONE
sic
IVSIT

A Busbequio, eq; schedis Antonij Augustini, Archiepiscopi Tarraconensis.

Neapoli in ædibus Fundecari.

6 L. VESTORIVS. ZELOTVS
POST. ADSIGNATIONEM. AEDIS
FORTVNAE
SIGNVM. PANTHEVM
SVA. PECVNIA. D. D.

Ex Apiano.

Romæ in S. Vrso.

7 SIVE. DEO
SIVE. DEAE
C. TER. DEXTER
EX. VOTO
POSVIT

Ex Apiano.

Augustæ Taurinorum in ædibus Vagnonis.

DEOR. DEARVMQVE.

1

DIS. OMNIBVS
HYGINVS
PRIAMI. FRATER
POSVIT.

E Pingonio.

Brixiæ in regione transpadana in ara.

2

DIIS. DEABVS
OMNIBVS
VETVRIVS. L. L
SECVRIVS
PRO. SE. SVISQ.

A Pighio Smetius.

In Cumberland Angliæ.

3

DIS. ET. DEABVS. O. ? ?
PS. POSVIMVS
COH. I. DELM.

f. P. POSTVMVS

Ex Cambdeno.

Ad oppidum S. Viti in Carinthia, sub imagine Crucifixi.

4




D D O
SAC
M. VLP
SERVATVS
ET. PECCI
PRIMITIVA
EX. VISV
PRO. SE. ET. SVIS
OMNIBVS
POSVERVNT

Ex Apiano.

Firmi, in Piceno. In porticu palatij Priorum, fragm.

5




DEVM. DEARV
SVEDIA. DORI
D. S

A Io. Metellio Smetius.

In Ebersdorf apud Illustr. Hier. Beck à Leopolsdorff, in tabula.

6



DEIS. DEABVS
ALA. I. VLP. CONT
∞. C R. CVI. PRI
Q. ER. INGENVS
...P...A...

Ex Clusii schedis Gruterus.

Neapoli.

7

DIS. DEABVS
SACR
EX. VOTO
VICTOR
AEDITVVS

Ex Apiano.

Volsiniis.

8

DIIS. DEABVSQ
PRIMITIVVS
....
EX. VOTO

A Castalione Gruterus.

Repertum Romæ in vinea Huberti Stroze in Cælio monte.

9

DIIS. DEABVS
PENATIBVS
FAMILIARIBVS
ET. IOVI. CETERIS
VE. DIIBVS

Smetius vidit.

Cemi, ad cœnobium Sancti Columbani.


10

DIIS
DEABVS
QVE. CVM
IOVE

Ex Apiano.

Albæ Iuliæ suburbio, in lapide parieti domus coædificato.

11




I. O. M.
ET. CONSESSV DEO
RVM. DEARVMQVE
PRO. SALVTE. IMPERII
ROMANI. ET. VIRTVTE
LEG. XIII. G. SVB. M. STATIO
PRISCO. CONSVLE. DE
SIGNATO. DEMONSTR
IPSIS. AQVAS. APERIEN
DAS. PER. L. AVRELIVM
TROPHIMVM. PO
NENTI. SIGNVM. IO
VIS. ET. ARAM. P. S. F.

Gruterus e Sigleri schedis.

Ocriculi, in Vmbria, in templo diuæ Mariæ, in altari Sancti Fulgentij.

12



PRO. SALVTE. ITVS r AC r
REDITVS. D. N. SANCTIS
SIMI
TI. AVG. AEDICVLAM r
CONCILII. DEORVM r
DEARVMQVE
AVRELIVS. FAVSTVS r
PROT. DIVINITATE. RIS r
AVG. N. EX. VISV. DEAI
VALENTIAE
S. P. F. C


Describ. Metellus.

1 *Spoletii.*

CONSENTIO DEORVM
sic
MARIAN. ASOZOMENE
IMPERIO FECIT

A Nicolao Florentio Lipsius.

2 *Engedini Transilvaniæ.*



I. O. M
CETERIS Q
DIS. CONSENTIBVS
M. OPPELLIVS
ADIVTOR
II. VIR. COL.

E schedis Clusii Gruterus.

In diœcesi Eistetensi in Norico Ripens.

3 I. O. M.
DIS. DEA
BVSQ. PVB
CONSENTIB
V. M. S

Ex Apiano.


In Nansfeld arce Episcopi Achostadiensis.
Putarim tamen idem cum priore.

4 I. O. M.
DIIS. DEA
BVSQVE. PVB.
CONSTI
TVTIANVS

Ex Apiano.

Bergomi, ad Sanctum Michaelem putei albi.

5



IOVI
O. M. ET. DIS
DEABVSQVE
INMORTALIBVS
C. VALERIVS
VALENS
L. M

Ex Apiano.

In S. Apostolorum Romæ.

6 I. O. M.
CAELIVS. BARO
VOTVM. SOL
L. M. N. I. O. T.
ET. DIIS. DEABVSQ
MASSELLIA. VALE
RIANA.
VOTVM. S. L. M.


E Mazochio.

Effossum Augustæ in hortis qui sunt è regione collegii societatis Iesu, anno CIↃ IↃ L.

7
. . . .
ETERIS ❦ DIIS
DEABVSQVE
OMNIBVS ❦
ADIVTORIVS
ROMANVS. D. M
V. S. L. M

Ex Velsero.

8 *In pago Freistritz non procul à Celeia & Graczio.*



I. O. M
ET. MARTI. AVG
ET. CET. D. D
OMNIBVS
IMMORTALIB
VLP. MARTINVS
PRO. SE. SVISQ
LIBERIS. EX. VOTO. P
V. S. L. M

Boissardus Grutero.

9 *Spoletii.*

IOVI. O. M.
FORTVNAEQVE
MELIORI. AVG
ET. DIS. DEABVS
sic
QVAE. COMMVN
IBVS. M. GELLIVS
STEPHANVS. IVN
CVM. STEPHANO. PATRE
DOMV. TERTIANA. EX
DIRVTION. RESTIT. DEDICARVNTQ

Gruterus è Fuluij Vrsini schedis.

Romæ in S. Apostolorum.

1
IOVI. OP. M.
ET. DIIS. ET. DEABVS
OMNIBVS
P. ROSARIVS. ET. M
AVRELII. LVCIANI
ASELLIO. VERVS
AMICVS
V.S.L.M

E Mazochio.

Mediolani in S. Satyri.

2
I. O. M. DIIS. DEABVS
MAS. VETVS. ET. FIRMVS. F
TI. FIR. MASI. VI. VIR. SENIOR
CVM. SVIS. PRO. SALVTAE (sic)
MINORI. LVMI. TATAE. V. S. L. M
EX. VOLVNTATE. Q. AEBENI
SECVNDINI. ET. RVMIAE


Ex Apiano.

Mediolani in Sacello Sancti Michaelis post Sanctum Ambrosium.

3
I. O. M.
DIS. DEABVSQVE
OMNIBVS
P. LO... TERTIVS
CVM. SVIS
V. S. L. M

Ex Apiano.

4 *Albæ Iuliæ.*



E Lazio.

Augustæ Vindelic. in hortis qui è regione collegij Iesuit.

5
. . . O. M
. . . ETERNO
. . . SERVATORI
. . . .
. . . DEABVSQVE
. . . VS. LOCI....
. . . .
. . . P. P. RETIE
. . . O. CVM. SVIS
. . . NIBVS......
. . . III. NONAS..
. . . .

Ex Velsero.

6 *Dettendorfi in æde sacra*

I. O. M. ET. GENIO
LOCI. DIS. D. Q
OMNIBVS. AVR
SVPERINIVS
MARSVS. B-F
COS. PRO. SE
ET. SVIS. V. S. L. M
MESSALA. ET
SABINO. COS

Freherus à Campio.

Cantharopoli in oppido ad Nicrum.

7
IN. H. D. D. IOV...
ET. IVNONI. RE...
...GENIO. LOCI...
ET. D. D. OMNIB
P. SEDVLIVS
IVLIANVS. MIL
LEG. VIII. AVG. ANTO
NIANAE. B F. COS
PRO. SAL. SVA. ET. SVOR
STAT. ITERAT. POSVIT. IMP
DIVI. ANTONINI. AVG
PII. ET. VER

Ex Apiano.

8 *In villa Tacstein in Transiluania.*

I. O. M. IVNONI. REGINAE
MINERVAE. OMNIBVS
DIS. IMMORTALIBVS
Q. AXIVS. AELIANVS. VET. PROC
AVG. ET. AELIA. ROMANA
EIVS. CONI.

E Lazio.

Romæ in ædibus Bern. Caualerii.

9
DIIS. PROPITIIS
M. ACTINII
VIVATIS

Gruterus è Knibbij schedis.

10 *Narbone.*

PROPITIIS. DEIS

E Scaligeranis.

11 *Viennæ Austriæ in ædib. Lazii, parieti insertus.*



Gruterus à Clusio, qui vidit.

12 *Romæ effossum in monte Cœlio ad D. Mariæ in Dominica fragm.*

OPTIMVS. MAXIMVS...
CAEEVS. AETERNVS. IVP...
TER. IVNONI. REGINAE...
MINERVAE. IVSSVS. LIBEN...
DEDIT. PRO. SALVTEM (sic). SVAM...
M. MODIVS. AGATHO. ET. PR...
FAVSTI. PATRONI. HOMINIS. S...
ET. HELPIDIS. SVAES. CVM. S...

Ex Orthogr. Ald. & Hegio.

13 *Lugduni in perirrhanterio S. Laurentii.*

I. O. M
NVMINIBVS
AVG

Ex Paradino.

Romæ, in via publica.

1

IOVI. O. M
ET. DEAE. SVRIAE
ET. GENIO. VENALICI
C. GRANIVS. HILARVS
CVM. LISSIA. SABINA
V. V

E Knibbij schedis Gruterus.

Romæ, in via publica.

2

I. O. M
ET. SOLI. DIVINO
ET. GENIO
VENALICI
Q. IVLIVS. MAXIMI
LIB. FELIX
CVM. IVLIA
Q. F. ROMANA
CONIVGE. LIB. ANIM
VOT. SOLVIT
IMP........CAESAR. AVG. GER. XII
SER. CORNELIO. DOLABELLA. COS

Ex Castalione.

Albæ Iuliæ.

3

I. O. M
IVNONI. REGINAE
MINERVAE
L. ANNIVS. ITALICVS. HONORATVS
LEG. AVG. LEG. XIII. GEM. ANTONINIANAE
PRAEF. AERARII. MILITARIS
SODALIS. HADRIANALIS. CVM
GLAVDIA. TORQVATA. SVA
ET. ANNIIS
ITALICO. ET. HONORATO
ET. ITALICA. FILIIS

Ex Lazij Viennensibus, & schedis Verderij.

Inter congestos lapides ante scalam Palatij Albæ Iuliæ.

4

I. O. M
IVNONI
REG. MIN
Q. CORNEL
SILVANVS
LEG. V. M. P. C
V. S

Ex schedis Sigleri & Clusij, Zamosioque.

Mediolani, ad portam Nouam.

5

IOVI
IVNONI
MINERVAE
Q. V. G. V. S
L. M

Ex Apiano & Morigio.

Inuentum Augustæ marmor elegantissimum.

6

IOVI. IVNON. MINER
ANTONIA. M. LIB
APHRODISIA. SCYPHOS. H
VENEREVM. SPECVLVM
DONVM. DEDIT

Ex Iacobonio.

1 *Romæ, in domo Cæsia.*

IOVI. IVNONI. HERCVLI
SACRVM
CN. DOMITIVS. CN. F. SERE
NVS. SACERDOS. ISIDIS. ET
DOMITIA. VXOR. V. S. L. M

Ex Onufrio & Aldo.

EXCIPIET. MANES SVA. QVI. SINE. LITE. RELIQVIT
LAVDABIT. STVDIVM. CVI. TVA CVRA. CAVET

A Scaligero.


Viennæ Allobr. in æde Romani.

9 IVLIAE. FELICISSIMAE
SCHOLASTICAE. IIAAPE
QVAE VIXIT. ANN. VII. M. VI
P. IVL. P. F. GAL. FELIX. ET. IVL
NOVELLA. PARENTES. FIL
DVLCISSMAE. ET. SIBI. VIVI
FECERVNT. ET. SVB. ASCIA. DEDICARVNT

A Scaligero.

Romæ, in S. Maria in via, tabella marmorea.

1



Vidit Smetius.

Romæ, in S. Potentiana.

2 D . M

AVXESI

CLAVDIAE . CITHAROEDAE

CONIVGI

OPTIMAE

CORNELIVS . NERITVS

FECIT. ET. SIBI

E Mazochio & Verderianis.

Romæ, tabula marmorea olim in domo M. Antonij Scriptoris, prope ædem Apostolorum.

3

D ϕ M

FLAVIAE . DIONISIADIS

HIC. IACET. EXIGVIS. DIONISIA. FLEBILIS. ANNIS

EXTREMVM. TENVI. QVAE. PEDE. RVPIT. ITER

CVIVS. IN. OCTAVA. LASCIVIA. SVRGERE. MESSE

CEPERAT. ET. DVLCES. FINGERE. NEQVITIAS.

QVOD . SI . LONGA. TVAE. MANSISSENT. TEMPORA. VITAE

DOCTIOR. IN. TERRIS. NVLLA. PVELLA. FORET

VIX. ANN. VII. MENS. XI. DIEB. XV. HOR. VII

ANTIA. TIBVLLA. VERNAE. SVAE

DVLCISS . FECIT.

Metelius describ. ex schedis Fr. Iucundi, qui vidit.

Romæ, in S. Erasmo.

5

D . M.

IMMATVRA. QVIES. QVOS. ABSTVLIT. HIC. SITI. SVNT. TRES

MATER. CVM. PARVIS. PIGNORIBVS. GEMINIS

POLLIA. SATVRNINA. PARENS. TRIGINTA . PER. ANNOS

VIXIT. ET. ENITVIT. DOCTA. SONARE. MELE

OCTO. PVER . TITIVS. PROLES. CITO . RAPTA. † PHILIPPVS

ET. FRATRI. TENERO. KARIOR. VNA. SOROR

AELIA. SATVRNINA. OBIT. VNO. INSVPER. ANNO

NEC. SALTVS. VITAM. PROTVLIT. AVT. CHOREAE

† PHILVMNVS Metelli mſ.

E Mazochio.

Romæ, in ædibus Marij Delphinij.

6

HOC IACET IN TVMVLO SECVRA GLYCONIS HONESTO

DVLCIS NOMINE ERAT ANIMA QVOQVE DVLCIOR VSQVE

QVE sic NVCQVAM TETRICOS EGIT SIBI LVCIS HONORES

SET MAGI sic LASCIVOS SVABIS. sic BACCHOQ MADERE

SIMPLICITATE SEQVI CANTVS. MOLLESQVE † CHOREAS

LVSIBVS IPSA SVIS GENERABAT SAEPE ET AMORES

DVLCE SIBI NATISQVE SVIS QVOS PVBE RELIQVIT

CASTOREA FRATRES SVB IMAGINE QVOS GENERAVIT

DIGNA QVIDEM FRVI PERPETVA DE LVCE BENIGNA

SET CELERAT QVO NOS FATA † BENIGNA VOCANT

P. MATTIVS . CHARITON CONIVGI B. M . F

† CORONAS schedæ Knib. & Boiſſ.

Vidit Lipsius ac Knibbius & Boissardus.

In ædibus Pomp. læti.

7

. . . .

. IC

. . . . . FANAT

. . . .

EX. VICO . BELLONE

ARTE . MVSICA

CONIVGI. SVAE. B.M

ET. SIBI.

† SEVERA Boiſſ.

E Mazoch.

Apud Gentilem Delphinium omnis antiquitatis inuestigatorem sagacissimum, ad forum Piscarium.

1 *Tabula marmorea peruetusta, ex ædibus Colotianis huc allata.*

EVCHARIS. LICINIAE. L
DOCTA. ERODITA. OMNES. ARTES. VIRGO. VIXIT. AN. XIIII
HEVS. OCVL. ERRANTE. QVEI. ASPICIS. LETI. DOMVS
MORARE. GRESSVM. ET. TITVLVM. NOSTRVM. PERLEGE
AMOR. PARENTEIS. QVEM. DEDIT. NATAE. SVAE
VBEI. SE. RELIQVIAE. CONLOCARENT. CORPORIS
HEIC. VIRIDIS. AETAS. CVM. FLORERET. ARTIBVS
CRESCENTE. ET. AEVO. GLORIAM. CONSCENDERET
PROPERAVIT. HORA. TRISTIS. FATALIS. MEA
ET. DENEGAVIT. VLTRA. VEITAE. SPIRITVM
DOCTA. ERODITA. PAENE. MVSARVM. MANV
QVAE. MODO. NOBILIVM. LVDOS. DECORAVI. CHORO
ET. GRAECA. IN. SCAENA. PRIMA. POPVLO. APPARVI
EN. HOC. IN. TVMVLO. CINEREM. NOSTRI. CORPORIS
INFISTAE. PARCAE. DEPOSIERVNT. CARMINE
STVDIVM. PATRONAE. CVRA. AMOR. LAVDES. DECVS
SILENT. AMBVSTO. CORPORE. ET. LETO. TACENT
RELIQVI. FLETVM. NATA. GENITORI. MEO
ET. ANTECESSI. GENITA. POST. LETI. DIEM
BIS. HIC. SEPTENI. MECVM. NATALES. DIES
TENEBRIS. TENENTVR. DITIS. AETERNA. DOMV
ROGO. VT. DISCENDENS. TERRAM. MIHI. DICAS. LEVEM

Vidit Smetius & Boissardus.

Romæ, apud Gentil. Delphinium.

2

ΕΥΦΡΑΝΘΕΙΣ ΣΥΝΕΧΩΣ ΓΕΛΑΣΑΣ ΠΑΙΞΑΣΤΕ ΤΡΥΦΗΣΑΣ
ΚΑΙ ΨΥΧΗΝ ΙΛΑΡΩΣ ΠΑΝΤΩΝ ΤΕΡΨΑΣ ΕΝ ΑΟΙΔΑΙΣ
ΟΥΔΕΝΑ ΛΥΠΗΣΑΣ ΟΥ ΛΟΙΔΟΡΑ ΡΗΜΑΤΑ ΠΕΜΨΑΣ
ΑΛΛΑ ΦΙΛΟΣ ΜΟΥΣΩΝ ΒΡΟΜΙΟΥ ΠΑΦΙΗΣΤΕ ΒΙΩΣΑΣ
ΕΞ ΑΣΙΗΣ ΕΛΘΩΝ ΙΤΑΛΗ ΧΘΟΝΙ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
ΕΝ ΦΘΙΜΕΝΟΙΣ ΝΕΟΣ ΩΝ ΤΟΥΝΟΜΑ ΜΗΝΟΦΙΛΟΣ

Vidit Smetius aliįque.

Qui quidem versus sic Latini facti sunt.

Lætus ego in lusu vixi luxuque perenni,
Cunctorumque animos iucundo carmine mulsi,
Nulli tristis eram, nulli conuicia dixi:
Sed Musis charus Bromio Paphiæque, profectus
Ex Asia Ausoniæ iaceo hac tellure sepultus
Et iuuenis perij, nomine Menophilus.

Romæ, apud Card. Cæsium, tabula marmorea magna, magnis & formosis literis.

3

QVI. COLITIS. CYBELEN. ET. QVI. PHRYGA. PLANGITIS. ATTIN
DVM. VACAT. ET. TACITA. DYNDIMA. NOCTE. SILENT
FLETE. MEOS. CINERES. NON. EST. ALIENVS. IN. ILLIS
HECTOR. ET. HOC. TVMVLO. MYGDONIS. VMBRA. TEGOR
ILLE. EGO. QVI. MAGNI. PARVVS. COGNOMINIS. HERES
CORPORE. IN. EXIGVO. RES. NVMEROSA. FVI
FLECTERE. DOCTVS. EQVOS. NITIDA. CERTARE. PALESTRA
FERRE. IOCOS. ASTV. FALLERE. NOSSE. FIDEM
AT. TIBI. DENT. SVPERI. QVANTVM. DOMITILLA. MERERIS
QVAE. FACIS. EXIGVA. NE. IACEAMVS. HVMO

Vidit Smetius.

Romæ, sub templo D. Gregorij in Cœlio monte in aucero labro, in quo puer in biga palmam præferens, præcurrente equite.

1 FLORVS. EGO. HIC. IACEO
BIGARIVS. INFANS. QVI. CITO
DVM . CVPIO. CVRRVS. CITO
DECIDI. AD. VMBRAS
IANVARIVS. ALVMNO. DVLCISS

Vidit Smetius.

Roma, in S. Simpliciani.

2 Q . VIRI. SEVERINI
ATTIA . SEVERINA . ET . Q . VIRIVS
O N E S A S . P A R E N T E S
RAPTVS . EGO . SVPERIS. PATRIBVS
QVE . ABLATVS . INIQVE . CVM . FRVI
DEBVERAM . AETATE . FLORIDA . LVCE
HIS . REQVIESCO. LOCIS. VITAM. CVI. FATA
NEGARVNT. PRAECIPITEM. MEMET
SVPERI . MERSERE . SVB . AVLAS. AC. TVMV
LO. CLVSERE. GRAVI. VSVS. ET. ARSQVE
MIHI . FVERAT . STVDIOSO . CORDE
REPERTA . MAXIMA . QVADRIPEDVM
CVRA . STVDIA . QVOQVE . PLVRA . FV
ERVNT . INGENIO . SEMPER . PLENVS
PROBITATE. BEATVS. VT . QVANDOQVE
SIMVL. PATRIBVS. FINITO. LVMINE
VITAE . MANIBVS . HIS . QVIETI
PARITER . SOCIAVIMVR . VNA

QVISQVE. LEGIS. DOLEAS DEVITES. TALIA. FATA

QVI. VIXIT. ANN. XXVII. MEN. X. D. XV
ATTIO. EPICTETO. LIBERT

Ex Apiano & Alciati cod.

3 ✱

M. RHENIVS. LIBER. XYSTVS. TI. CAESARIS. SER
GERMANIC. APOLLONIO VICARIO. SVO. AMICO. XX
C. LVRIVS . IVCVNDVS . ESSEDARIVS . V . A . XXV
FILIA. MATRI
HVIC. MONIMENTO. VSTRINVM. APPLICARI. NON. LICET

E Fuluij Vrsini Familiis.

Neapoli.

4 D . M
FISIAE . SORVSAE . L
ANIVS. PRISCVS. ALVMNVS
PATRONAE . OPTIMAE
BENEMERENTI

Ex Apiano.

Romæ, in Palatio quodam in via Salaria.

5 D . M
L. CLAVDIVS. NICON. ET L. CLAVDIVS. AVGVRIVS
LIBERTVS. ET. ALVMNVS. DVLCISSIMVS EMERVNT
TERRAM. ET. MACERIAM. STRVXERVNT. QVE. EST
ANTE. FRONTE. MONIMENTI. SVI. ET. IN. TERRA
PEDATVRAE. SVAE. PRIORI. CONIVNXERVNT
FECERVNT. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE . EORVM.
QVÆ. FACIT. TERRA. PEDATVRÆ. A. LATVS. MEMORIÆ
SVAE. IN. AGRO. PEDES. LONG. XXXVI. LATVM. PEDES
A. LATVS. MEMORIAE. XVI.

E Mazochio.

Romæ, ad Sacellum D. Ægidij, tabella.

6 D . M
LICINIO . CLIIMIIENTI
L. COCCIIVS. GAIO
NAS . ALVMNVS
QVI . VIXIT . ANNIS
V. MIIS. VII. DIIIB
XI . IIT . GAIONATI
QVI . VIXIT. ANNIS
II, MIISSIBVS . SIIX

Obserua duplum II. pro E.

Vidit Smetius.

Galestri, inter Emeritam & Salmanticam.

7 D . M . S
FABIA . CELLARIA . AN. XLV
COR. HILARVS. VXORI. ϕ
SANCT. ET. FABIVS. SVPPESTES
LI......... ALVMNVS. F. C
H. S. E. S. T. T. L.

E Morali.

Antipoli, in æde Petri.

8 D . M
DOMITIO. MACASIO. M. ACCIVS. RIGILLVS
ET . DOMITIA . FELICISSIMA . ALVMNA
PIENTISSIMA.

A Scaligero.

Nemausi.

9 D . M
PVSONIAE . P . F
PEDVLAE
P. PVSONIVS
PEDO
ALVMNVS.

E Scaligeranis.

Romæ.

10 ....
ALVMNO . ET ....
INFELIX. FATV. PRIOR
DEBVI. MORI. MATER.

E Iacobonio.

Beneuenti in ædib. Joh. Cornei.

11 AELIAE
RHODINE
AELII . PAN
THIA . ET . PIS
MATIVS. ALVM
NAE . B . M . F

Gruterus è Verderij schedis.


Romæ. in S. Maria de Palmas.

12 AQVILIA . RENATA
QVAE . V . AN . VI
VIVA. POSVIT. SIBI
CVRAM. AGENTE
AQVILIO. IVSTO. ALVMNO
E T
AQVILIO. PRISCO . FRATRE.

E Mazochio.

Patauij apud procuratorem Contarenum, sub duabus imaginibus.

1


FORTVNATVS. ET. P
RIATA. TITVLVM. PO
SVERVNT. SIBI. ASIAEQ.
INGENVAE. FILIE.......
ET. ALVMNAE. VALENTINE
Q..... SI. FATO. MELIORE
FILIAS........................
SVBITO. MISELLAS
IN. P. D. MON. F

E Scardeonio & Pinelli schedis.

Romæ, in hortis Carpensib.

2

M. ATTIO
M. F
SVBVRANO
ALVMNO
KARISSIMO

E Boissardo.

Romæ, in ædibus Alberinorum, è regione palatij de la Valle, in ara permagna.

3

D . M
AVIDIO . SPARTACO
PATRONA
ALVMNO
B . M
P . Q

Vidit Smetius & Castalio.

Neapoli in ædib. Ianuarij Fernandi.

4

D . M
M. AVRELIO. PRIMO
VICTORI
HYPEROCHIO. ALVMNO
DVLCISSIMO
AVRELIVS. EVTYCHIANVS

Ex Apiano.

Polæ in Istria.

5

AVR. RVFINAE
ALVMNAE. PIENTISS
ET. INCOMPARABILI
QVAE. VIXIT. ANN. XXVII
M. X. D. II
FIDE. COGNITA
MEMOR. OBSEQVII. EIVS
AVR. SOTERIA
PIET. PLENA. P

Ex Martyre.

In S. Stephano Rotundo.


6

D. M. S
AVRELIAE. ZOSIMAE.
AVRELIVS. PRIMITIVVS
AVRELIA. SEVERA
ALVMNAE. SVAE
BENEMERENTI
PIENTISSIMAE
FECER
VIX. AN. VI. MENS. III
DIEBVS. X. HOR. VIIII
SACR

E Mazoch.

Romæ, in hortis Carpensib.

7


D . M
M. CAECILI. AVGVS
TINI. V. A. VIII. M. IX
D. XXIIII. M. CAECILIVS
CALLISTIANVS
ALVMNO. KARISSIM
POSVIT

E Castaliane & Boissardo.

Romæ, apud Delphinios.

8

DIS. MANIB
M. CASSI. M. F
GEMINIANI
VIX. A. VI. M. X. D. XVII
M. CASSIVS. FRVCTVS
ALVMNO. ET. SIBI

E Castalione, & Knibbij schedis Gruterus.

Neapoli apud Andream Caraffam.

9

M. ΚΑϢΔΙϢ. ΚΑΡΙΚϢ
M. ΚΑϢΔΙΟϹ. ΖϢϹΙΜΟϹ
ΘΡΕΠΤϢ

E Scaligeri & Vallamberti schedis.

Neapoli apud Andr. Caraffam.

10

C. COELIO. COELIANO
M. COELIVS. TERTVLLVS
ALVMNO

E Scaligeri schedis.

Romæ, apud Saluiatum.


11


D. M
CORNELI
PRIMITIVI
C. CORNELIVS
FELIX
ALVMNO
KARISSIMO
FECIT

E Boissardo.

Romæ, propè turrim Citranguli.


12


CORNELIA
DORCAS. ET
L. CORNELIVS. MERCVRIVS
FECER. L. CORNELIO. SYMPHO
RO. ALVMNO. SVO. DVLCISSIM
O. DE. SE. BENEMERENTI. QVI
VIXIT. ANNIS. XIII. MESIBVS. XI
D. XV. LIBERTIS. LIBERTABVS
QVE. POSTERISQVE
EORVM

E Mazochio & Knibbianis.

Beneuenti juxta Porticum, propè ædes Donati Maiali.


1


M. COSINIO.
CRISPINO
COSINIA. MAXIMINA
FILIO. INCOMPARABILI. FECIT
ET. Q. MAELIO. MODERATO. COIVGI
ET. M. COSINIO. OECOGENI. ALVMNO
ET. SIBI

Gruterus è Verderianis. nam Manutianum & capite & pedibus caret.

Arula reperta in via Appia II. ab vrbe lapide visiturq; apud Hor. della Valle.

2


MANIBVS
ET
MEMORIAE
EVPHEMI
KARI. ALVMNI

Grutero possessor lapidis.

Propè S. Sebastian. via Appia.

3

C. ANTISTIVS. GYLIPPVS
EVTACTO
ALVMNO. KARISSIMO
B. M. F

E Mazochio.

Romæ, in ædibus Bernardini Andreuccij notarij.

4

D. M. S
DOMITIA. POSIDONIA
IVSTAE. ALVMNAE. ANN. III. MENS. IIII
BENE. MERENTI

Gruterus à Knibbio.

Romæ, in S. Praxeda.

5

D. M
SALVE. PVER. AETATIS. CASTAE
GERVNTIO. ALVMNO
ET. MEAE. SENECTVTIS. ALENDAE. STVDIOSO
VIX. ANN. XV. M. IIII. D. V
QVOD. SI. VIXISSET. MELIVS. FVISSET
APVLEIA. PLORANS. MOESTISSIMA
MATER. FECIT

E Mazochio.

Viennæ Allobrogum.

6


D. M
G. RAECI. DEF
ANN. XXII
DONNIA. MO
DESTA
ALVMNO

Grutero Verderius.

Romæ, propè S. Basilium.

7

L. IVLIVS. SVNTROFVS
L. IVLIO. SVNTROFO
ALVMNO
QVI. VIXIT. ANNIS. XII
MENS. IIII. DIES. IIII

E Mazochio.

Rauennæ, in æde S. Mariæ Rotundæ, extra portam lapis vbi duo adolescentes sculpti in vrna quadrata.

8

DVO. IVVAN. LVPI. ET. APRI
VNA. IVVANEIAE. DOMVS. HOS
PRODVXIT. ALVMNOS
LIBERTATIS OPVS. CONTVLIT. VNA. DIES
NAVFRAGA. MORS. PARITER. RA
PVIT. QVOS. IVNXERAT. ANTE
ET. DVPLICES. LVCTVS. SIC. PERI
NIQVA. DEDIT

Ex Apiano & Sculteti schedis qui vidit.

Lugduni, ad fontem Choulam.


9

ET MEMORIAE
AETERNAE
Q. LATINI PYRAMI
ANIMAE INCOMPA
RABILIS QVI VIX ANN
XII. M. VIIII. DIES XVIII
Q. LATINIVS CARVS
ET DECIMIA NICOPO
LIS PATRONI ALVMNO
KARISS. ET SIBI VIVI
POSVERVNT ET SVB
ASCIA DEDICAVERVNT
ΤΑΚΙΤΙ ΕΥΚΥΤ

Ex Paradino & Scaligeranis.

Romæ, extra portam Flaminiam in vinea Joh. Pogghij.

10


D Φ M
MVSICA. CVM. CANTV. RESONARES. CARMI
NA. MIRE. ADTAS. PARVE. PVER. DVLCI
CELEBRATVS. AMORE. MORTE. GRAVI. RAPTVS
TAETRA. DEFVNGERIS. CRA. IMMERITVS. DE
CIMO. PRAEGRESSVS. NOBILIS. ANNO
SET. TE. NOSTER. AMOR. MEMORI. PIETATE
REFORMAT. AT. QVANVIS. TE. TERRA. TEGAT
MISERABILIS. IMA. SIC. DOLOR. IN. PARVO
CRESCIT. REFERENTE. SEPVLCRO

Q. BVCVSVS. CRESCENS. ET. MINDIA. FORTV
NATA. ALVMNO. BENEMERENTI. FECER
FILIO. MARTIALIS

Ex Aldo & mſ. Smetij.

Romæ, in ædibus Iacobi de S. Cruce.

1

D M S
T. FVNDANIVS EROMENVS VIVVS
FECIT SIBI ET POPPAEAE DEMETRI
AE CONIVGI KARISSIMAE ET MANI
LIAE EROMENIDI ALVMNAE ET
LIBERTIS LIBERTAB POSTERISQ. EORV

Vidit Lipsius & Boissardus.

Romæ, in S. Pauli.

2

D . M
T. NONIO. T. FIL. FIRMO. L. AVTRO
NIVS. L. FIL. POSTVMVS. ET. CAE
SETIA. NICOPOLIS. FECER. ET. SI
BI. ET. OLYMPO. ALVMNO. Q. V. A. III
D. LIII. ET. AVTRONIAE. AGATHAE. TIRCI
ALVMNAE. Q. V. A. VIII. D. XXVII
ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQ. POST. EOR

E Manutio.

Romæ, in ædibus Pomp. Læti.

3

D . M
Q. PHOLIO . . SEVERO
ALVMNO sic
QVI. VIX. A. V. MESES. X
DIES. XXXIIII.
Q. PHOLIO . PROCVLVS

E Mazoch.

Veronæ, ad S. Mariam in Stellis.

4

POMPONIAE. ARISTOCLIAE
ALVMNAE

E Sarayna & Panuinianis.

5

Brixiæ, in Claustro S. Faustini.

SOLIA
PROSERIAE. ALVMNAE
SVE. MEMORIAE. POSVIT

Gruterus è Verderianis.

6

Romæ, apud Iul. Porcarium.

D M
L. STATIO NAVTICO. L
STATIVS AGATHOPVS
ALVMNO DVLCISSI
MO FECIT

Vidit Lipsius & Knibbius.

7

Romæ, in S. Maria Transpontina.

D ɸ M
SIMPHERVSAE
PRISCILLAE

VETTIA.MEGISTE.ET
M.VETTIVS. ONESIMVS
ALVMNAE. DVLCISS. F
VIX.ANN.I.MENS.XI
DIES.XX.HOR.III

NOTA.SET.IN.LACRVMIS.SOLVM.DOLOR.OMNIBVS.INSTAT
HIC. SITA. SVM. VIXI. TEMPVS. INANE. MEVM
ANNVS.ERAT. VITAE PRIMVS. MOX. DEINDE.SECVNDI
LIMINIBVS. RAPVIT. ME. SIBI. PERSEPHONE

E Mazochio & schedis Metelli.

Rauennæ.


8

SOSIAE. ET. HE
RENNIAE. MATRI. ET
SOSIO. FORICIANO
ALVMNO. EIVS
SOSIVS. COMAEVS
FIL

Grutero Scultetus, qui vidit.

Romæ, apud Delphinium cippus è Tiburtino.

9



Vidit Smetius.

Romæ, in officina statuarii Antonii Ferrariensis.

10

D . M
L . VIBIO
MATHEMERO
ALVMNO
PATRONVS.SVO
CAR. FEC

Grutero Knibbius.

Romæ, in S. Saluatore in Iulia.

11

D . M
SABINIA. IVSTINA
SIBI. ET. VLIO
VALE. VENAEO
ALVMNO
VIVA. POSVIT

E Mazochio.

12

Romæ, ad S. Pauli.

M. VLPIO. FELICISSIMO. VIXIT. ANN. IIII. DIEB. V
M. VLPIVS. AVG. LIB. MEROP. ET. FLAVIA. PHOEBAS
INFELICISSIMI. ET. M. VLPIVS. PRIMIGENIVS. ET
CAPRIOLA. NVTRICII. ALVMNO. PIISSIMO

Ex Castalione.

1 *Romæ, in Modesti fano.*

D . M
XANTIPPES. SIVE. IAIAE
C. CASSIVS. LVCILIANVS
ALVMNAE. DVLCISSIMAE *sic*
SEV. MORTIS. MISERET. SEV. TE. VITAE. PERLIGE
NOMEN. XANTIPPE. IAIA. EAEDEM. LVDICRO
QVOD. EXSPRIMENS. DOLORE. FVGIT. ANIMA. CORPORE
HIC. CONQVIESCIT. CVNIS. TERRAE. MOLLIBVS
QVAM. TRINO. ANNORVM. FILO. PROTERENTIA
NOVEM. POST. MENSVM. FATA. CONFICIVNT. MALO
LVES. IGNITA. † TORRET. NOCTES. ET. DIES
VENVSTA. AMOENA. † INEPTIENS. ET. GARRVLA
QVAM. SI. QVA. PIETAS. INSITAST. COELESTIBVS
VIVENTI. INGENIO. SOLI. ET. LVCI. REDDITE
ALTORIS. MEMOREM. QVEM. PARENTES. DIXERANT
CVM. PRIMVM. NATVST. LVCILIANVM
CASSIVM

† VLTRA QV.....ES Ald. & Verd. sched. † INTE...... RVLA Verd.

Ex Aldo, & schedis Alciati.

Romæ, in D. Anastasiæ.

2 CASSIA. L. L. ZMYRNA
NVTRIX
V. A. XXIX

E Pierii Virgilianis.

Emeritæ, apud Petrum Mexiam.

3 CLOVATIA
C. L. IRENE
N V T R I X
IN. FR. P. XII. IN. AG. P. VIII.

Grutero è ms. Metelli Gutenst.

Romæ, in hortis Carpens.

4 D. M. S.
EMILII. NISI
VIXIT. MENSIB
XI
FECIT. VALERIA
HYGIA. NVTRIX

Gruterus è schedis Knibbii.

Extra Tarraconem, in mole S. Claræ.

5 D. M. S
L. AEMIL. HIPPOLYT
L. AEMIL. EVHODVS
COLLIB. ET. EDVC
B. M. P. Q. V. ANN. XCVII
SINE. DOLORE
Q. FVIT. NATIONE
GRAECVS

Grutero Schottus.

Sopronii, in ruderib. templi.

6 IVL. TIL. DONATA. ANN
XXV. H. S. E. T. IVL. PRIN
CEPS. LIBERTAE. ET. NV
TRICI. POSVIT

E Lazio.

Albæ, in Latio, ara marmorea pulchris literis.

7 DIS. MANIB
L. CASPERI. L. F. PAL. FAVNI
L. CASPERIVS. ABASCANTVS
ET. CASPERIA. AELIANTE
PARENTES. FILIO. PIISSIMO
ITEM. ABASCANTVS
L. CASPERI. CANDIDI
AELIANI. F. L. PALL. EXTRICATO
ET. CASPERIAE. AELINE. FIL. EIVS
SVAE. CONIVGI. KARISSIMAE. ET
L. CASPERIO. L. F. PAL. FAB. LATINO
F. SANCTISSIMO. ET. PIENTISSIMO
VIX. AN. XIIX. M. III. D. IX. ET
CASP. ZOTICHE. L. ET. NVTRICI. PIAE
ET. PROSDECTAE. VERNAE

Grutero è Metelli schedis Gutensten.

Albæ, in templo rotundo, in ara.

8 ΕΡΜΙΑΙ
ΒΑΡΓΥΛΙΗΤΗΙ
Λ. ΑΤΕΙΛΙΟC
ΚΑΙ. CΕΙΛΙΑΝΟC
ΦΙΛωΙ ΚΑΙ
ΤΡΟΦΙΜωΙ

A Pighio Smetius & à Metello Gruterus.

Albæ, in templo rotundo, in ara.

9 Λ. ΚΛΑΥΔΙωΙ
ΔΙωΔωΡωΙ
Λ. ΑΤΕΙΛΙωC
ΚΑΙ CΕΙΛΙΑΝΟC
ΦΙΛωΙ ΚΑΙ
ΤΡΟΦΙΜωΙ
ΕΥCΕΒΕCΤΑΤωΙ
ΚΑΙ ΓΛΥΚΥΤΑΤωΙ

A Pighio Smetius.

Romæ, ad Rotundam in ara marm.

10 ΦΑΥCΤΙΝΑ
ΒΙΤΑΛΙωΝΙ
CΥΝΤΡΟΦω

Vidit Smetius.

S. Maximini in Prouincia.

11 . . . .
SVAE. COLLACTANEAE
FL. THEMATILIANA
ET. L. VAL. CERTVS
L. VALERIO. LVCINO
FILIO. PIENTISSIMO
FECER.

E Simeonio.

Lugduni, in loco Antiqualia.

1

D. M

M. AETERNAE. L. CL. RVFINI
CL. HVNC. VVIVS. STIGIAS. RVFINVS
AD VMBRAS. INSTITVIT
TITVLVM. POST. ANIME. REQV
IEM. QVI. TESTIS. VITAE. FATIS
SIT. LEGE. FVTVRVS. CVM. DO
MVS. ACCIPIENS. SAXEA. CORPVS. HA
BENS. QVODQVE. MEAM
RETINET. VOCEM DATA LITE
RA. SAXO. VOCE. TVA. VIVET
QVISQVE. LEGET. TITVLOS
ROTTIO. HIC. SITVS. EST. IVVE
NILI. ROBORE. QVONDAM
CVI. SIBI. MOXQ. SI . . . . . SI . . . NVTRICI
MARCIANAE. ITEM. VERINAE
COLLATIA. HAC. MONV
MENTA. DEDIT. ET. SVB. ASCIA
DEDICAVIT
CVRANTE. CL. SEQVENTE. PATRONO

Ex Paradino.

In æde S. Agnetis, via Nomentana 2. ab vrbe miliari, vbi templum Bacchi rotundum: tabella marm.

2

SALVIA. TERTVLLA
LINADI. LIBERTAE
ET. COLLACTIAE
BENEMERENTI
FECIT

Vidit Smetius.

Parmæ.

3

D. M
K. LOCAERVS
PVBLICVS
HAELENO
COLLACTIO
B. M

A Pighio Smetius.

Romæ, ad S. Mariæ de monte Serrato apud Cur. Sabell.

4

FORTVNATVS
CAESARIS. SER
NICOMAC-IANVS
PATER. ET
SEXTILIA. PRIMA
MATER. FILIAE
PIISSIMAE. FECERVNT
ET. SIBI. ET
MOSCHIDI. CONLACT
VIXIT. ANNIS. XV. MENS. IIX

E Castalione.

Romæ, in porticu Antonii Bubali in platea Iulia.

5

DIS. MANIB
PRIMITIVO. COLLACTIO. V
BENEMERENTI. FECIT
C. LVCILLIVS. FESTVS. ET. SIBI
V. ET. SVIS. ET. FLAVIAE. HEDONE
VXORI. SVAE. POSTERISQ. NOSTRIS
LIBERTIS. LIBERTABVSQ. EORVM
IN. FRONTE. P. XII. IN. AGRO. P. XII

E Mazochio & Verderianis.

Romæ, in foro Traiano, apud statuarium.

6

D. M
FELICVLO. CRESCENTI
INFANTI. DVLCISSIMO. ET
ALVMNO. KARISSIMO
DELICIO. SVO
VIXIT. ANN. VI. M. III
D. XVIII. H. IIII
FRVCTVM. ALIVM. MERI
TORVM. SVOR. REPORTARE
FATVS. MALVS. NEGAVIT
HAVE. PERPETVOM

Grutero Vrsinus, qui vidit.

Romæ, in hospitio Trinitatis.

7

CLAVDIAE
PSAMATHE
VIX. ANN. XXIII
C. FVRINIVS. FAVSTVS
DELICIO. SVO
PORPHYRIO. CAESAR
AVG. SER
IVCVNDIANVS
CONIVGI. KARISSIMAE

Ex Castalione & Gutensten.

Aquini, in platea publica.

8

NICENIS. PVPAE
P. ALFI. P. L. DIONYSI
DVILLIAE. L. APICLAE
DELICIVM. VIXIT
ANN. SEXS

Vidit Smetius & Metellus.

Romæ, apud Delphinios.

9

EVTYCHETI. PVERO
DELICATO. B. M
L. FVFIDIVS. SPORVS
DOMINVS. FECIT
BREVIS. VOLVPTAS
FVIT

E ms. cod. Smetii.

Romæ, apud Ang. Colotium.

10

AMPLIATVS
LESSI. PIRITHI
DELIC
VIXIT. ANN. III

Gruterus è Verderianis.

Aquileiæ.

11

OCTAVIA. C. L. PROCINE
C. OCTAVIA. L. HELENO
CVPITAE. DELIC
MELAENAE. DELIC
FIERI. IVSSIT. ARB
OCTAVI. C. L. PVSILLAE

Grutero Puteanus.

Romæ, effossus anno ƆIƆ IƆ XCIX. extra portam Capenam.

12

L. PORCI. GALLIONIS
ARRIA. L. L. HILARA
ET. GLAPYRAE. DELICIO. SVO
ARRIA. Ɔ. L. ASIA
SIBI. ET. SVIS. FECIT
. . . . A. Ɔ. L. APOLLOPHANI

A Ioseph. Castalione Gruterus.

Romæ, in ædib. Colotian.

13

POSTVMIA. A. Ɔ. L
SECVNDA
V. A. VIII
ANIMA DVLCISSIMA
HIC. SITA. EST
FECIT
M. SEPTIMIVS. FAVSTVS
ET. POSTVMIA. HILARA
DELICIO. SVO
DIGNISSIMO

E Mazochio.

Materæ in Apulia, ante fores templi cuiusdam.

14

C. MANILIO. C. F
HOR. RVFO
SEXTILIAE. P. L
DATAE. VXORI
SEXTILIAE. Ɔ. L
PRIMIGENIAE
ANNORVM. XIII
DELICIO EORVM
DATA
D. S. P. F. C

Ex Apiano.

Patauii, apud Contarenos.

15

D. M
STRECCIAE
DEF. ANN
XXII. IVST
A. DELEC
ATE. B. M. P

Grutero Pinellus.

1 *Romæ, in via Cassia, sub collibus Vaticanis, in vinea Antonii Bretini Florentini, in vrna quadrata permagna.*

DIS. MANIBVS
VALERIAE. PRIVATAE
VIXIT. ANNIS. XI
MENS. VI
L. VALERIVS. ACMAEVS
DELICIO. SVO
CARISSIM. ET. SIBI

Vidit Smetius.

2 *Veronæ, in æde D. Mariæ Solorata.*

DIIS. MAN
VERECVNDI. DELICATI.
VIXIT. ANN. XVIII
M. II. D. XI.
C. VESIVS. MARTIALIS

Ex Sarayna.

3 *Romæ, in quadriuio, ad arcum Trifoli.*

D. M
CRESCENTILLAE. FILIAE
DVLCISSIMAE. FECERVNT
CRESCENS. PATER. ET
SOTERIS. MATER. QVAE
VIXIT. ANNIS. XI. MENSIBVS. VI
DIEB. II. EPAPHRODITVS. TATA
POSVIT

4 *Pisis.*

D. M
VMMIDIAE. CALE
FELICIO. PATER
CALE. MATER
MYRTILVS. TATA
ET. EROS. CONIVNX
FECER
VIX. A. XVI. M. VIII. DIEB. VIII

E Castigg. in Ciceronem Victorii, qui vidit.

5 *Romæ, ad Theatrum Marcelli.*

L. APISIVS. C. F. SCAPTIA. CAPITOLINVS
EX. TESTAMENTO. FIERI. IVSSIT. MONVMEN
ARBITRATV. HEREDVM. MEORVM. ET. SIBI. ET. SVIS
. . . . TAE. BENE. MERITAE

C. APISIO. C. L. EPAPHRAE. PATRI	OSCIAE. Ɔ. L PRIMIGENIAE MATRI	APISIAE. C. F RESTITVTAE SORORI
C. APISIO. C. F CAPITONI. FRAT		ET. LIBERTIS LIBERTABVSQVE MEIS. POSTERISQ EORVM
C. APISIO. C. L FELICI. TATAE HVIVS. MONV DOLVS. MAL. ABESTO. ET IVRISCONSVLT		IN. AG. P. XII IN. FR. P. XXIV

IN. HOC. MONVMENTO. ITVS. ADITVS. AMBITVS. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. MEIS. OMNIB
PATEAT. . . . . M. DATO. AD. SACRIFICIA. FACIENDA. QVOTIESCOMQVE. OPVS. ERIT

E Manutio.

6 *

M. ELPIDIVS PAMPHILVS
PLATONI TATAE SVO
BENEMERENTI FECIT.

E Scaligero.

7 *

FLAVIA TROPHIMÆ (sic) CVM
MVDIO EVAFETI (sic) PATRO
NO ET FLAVIO ONESI
PHORO THTAE SVO BE
NEMERENTIBVS FECIT

E Scaligero.

8 *Romæ, iuxta Palatium Bononiense, in ædibus Hortensii Palini, tabula marmorea.*

DIS. MAN
IVNIAE. L. F. CELE
TI. TI. CLAVDII. †EVSCHENIVS. ET. PRIM
CLAVDIAE. QVIANE. EVSCHENIVS. SORORI
PRIMITIVVS. MATRI
EVSCHENIVS. CONSOBRINAE SAMIARIAE. ARETHVSAE
ISDEM. CORPORIBVS. TRALATIS. PERM. TRIB. PL. ET
TI. CLAVDIO. EPAPHRODITO. TATAE. BENEME. FECER
ET. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQVE
EORVM

†semper EVCHEMVS. Knibb. ex Boiss.

Vidit Smetius.

9 *Metis apud Lepidum in tabula.*

AEMILIAE. SY
RIADI. VIX. AN
LII. M. IV. D. IIX
VETVRIA. PRI
MIGENIA
MAMMAE. PI
ENTISS. P

Grutero Boissardus.

10 *Romæ, in vinea F. Cicchi.*

D. M
CAECILIAE. LITE
OFILIA. ARESCVSA
MAMMAE. SVAE
B. M. FEC

Vidit Smetius.

Romæ, in pauimento ædis S. Clementis, prope altare maius.

1
CL. ALEXANDRIAE
QVAE. VIXIT. ANN. LXV
MENS. III. DIEBVS. X
CL. FAVSTINVS
MAMMAE. ET. PATRONAE
POSVIT. BENEMERENTI

Ex Mazochio.

Romæ, apud Carpensem, in marmore rudi.

2
SECVRITATI. SACRVM
VALERIVS. IVLIANVS. ITALICO. FILIO. INFELICISSIMO. ET
HONORATAE. MAMMVLAE. HVIVS. FECIT
DISPAR. DAMNA. LEGE. PARKARVM. ET. CARMINA. DISPAR
HAEC. RIDENDA. MIHI. EST. HIC. LACRIMANDVS. ERIT
HAEC. NAMQVE. EMERITOS. BIS. XXXX. PER. ANNOS
VIXIT. AT. HIC. TERNO. CONSVLE. NATVS. ERAT
CVR. MODO. TAM. PRAECEPS. PVERVM. TAM. SAEVA. TVLISTI
FVNERIS. AMBORVM. DIC. REA. PERSEPHONE
VIX. LVCEM. VIDISSE. SATIS. QVI. VIVERE. POSSET
VIVERE. QVAE. NOLLET. VIX. POTVISSE. MORI

Vidit Smetius.

Romæ, ad D. Paulum via Ostiensis, tabella marmorea.

3
TI. CLAVDIVS
ZOSIMVS. FECIT
LICINIAE. PRISCAE. MAMMÆ
CLAVDIAE. PROSHODO. SER
MASSAM. CVM. CINERARIO
ET. TI. CLAVDIO. VERECVN
DO. PATRONO. ET. SIBI
ET. SVIS. POSTERISQ. EORVM
LONG. P. VI LAT. P. VI

Vidit Smetius.

Romæ, apud Colotios

4
DIIS. MANIBVS
QVINTIAE. C. F. PRIMAE
FECIT. FELICIO. VERNA
MAMMAE. SVAE
BENE. MERENTI

Vidit Smetius.

Romæ reperta extra portam Collatinam in vinea.

5
V. SALVIDIENA. Q. L. HILARA. SIBI. ET. SVAE
LIBERTAE. SALVIDIENAE. FAVSTILLAE
DELICIAE. SVAE. ERVDITAE. OMNIBVS
ARTIBVS. RELIQVISTI. MAMMAM. TVAM
GEMENTEM. PLANGENTEM. PLORANTEM
VIXIT. ANNIS. XV. MENSIB. III. DIEB. XI. HOR. VII
sic
VIRGINEM. ERIPVIT. FATVS. MALVS. DESTITVISTI
VITILLA. MEA. MISERAM. MAMMAM. TVAM

Fulv. Vrsinus Grutero.

Romæ, non procul à Ponte Miluio.

6
D. M
C. TVTICANO
CALLISTO. ET
VALERIAE
SATVRNINAE
C. TVTICANVS
MAXIMVS
MAMMAE
SVAE. BENEMEREN
TII. FECIT

Vidit Smetius.

Romæ, in domo Galli scriptoris penitentiariæ.

7
VENERIA. SPECLA
VIX. ANN. XX
SIBI. ET. TITIAE
SECVNDAE. MAMMAE
FECIT

E Mazochio.

Romæ, in hortis ad aquam Virginis.

8
DIS. M.
ZETHO. CORINTHVS
TATA. EIVS. ET. NICE
MAMMA. F
V. A. I. D. XVI

Fulv. Vrsinus Grutero.

Romæ, apud Card. Cæsium, ara marm.

1



Vidit Smetius.

2 *Legionæ in Hispan.*

D ⏀ M
AALONI ⏀ AN. XXI
MERCVRIVS ⏀ ET
TAWITALIS ⏀ FILIO
S ⏀ T ⏀ T ⏀ L

Alfonsus de Castro exscripsit.

Romæ, in Basil. Lateran.

3 ABORTENNIA . FESTA
FECIT. VILLIO. MAXIMO. B.
VIX. AN. III. D. XXX.

E Mazochio.

Romæ, in domo Colotiana.

4 D . M .
ACHANDI
AN. X. M. VIII
VERECVNDVS. PATER
CHRYSEIS. MATER
FILIAE
KARISSIMAE
ET
PIISSIMAE

E Mazochio.

Romæ, iuxta Palat. Carpense.

5 D . M . S
AEFLANAE. MARCELLAE. FIL
VIXIT. ANN. IIII. MEN. VI
FEC. AEFLANA. LVPA. MATER
ET. SIBI. ET. SVIS. POSTERISQ
EORVM

Ex Aldo.

Romæ, in domo Episcopi Aquinatis.

6 D M
AEIATIO . MACEDONI
AEIATIA. NEMESIS
FILIO. SVO. FECIT
BENE. MERENTI. ET
POSTERISQVE. EORVM

Gruterus è Knibbii schedis.

Valladoliti, in Hispan.

7 AELIAE
AMINNAE
T. AELI. F
SAELIA
FIANI
MATER

E Strada.

Romæ, in horto S. Sabæ.

8 AELIAE. ARTEMISIAE
VIXIT. ANNIS. XVI
MENSIBVS . V.
DIEBVS. IX
EVPORVS ET
PETRONIA
PARENTES

E Mazochio.

Veronæ, prope Xenodochium S. Agnetis.

9 L. AELIO. DILECTO
....R. MATER. FECIT

E Sarayna & Panuinianis.

Lugduni.

10 D . ✗ M .
ET. AETERNAE. QVIETI. P
AELI . MAXIMI . POLY
CHRONI. QVI. VIXIT. AN
NIS. II. M. III. D. IIII. AELIA
EVTYCHIANE. ET. AGA
PETVS . PARENTES. FI
LIO. DVLCISSIMO
P. C. CVI. LOCVM. ARE
PIETATI. CONCESSIT
IVL. BARANE. MATRO
NA. INCOMPARABI
LIS. SVB. ASCIA. DEDI
CATVM. EST

A Scaligero.

1 *Auentici, ad templum.*

...LIAE. MODESTINAE
QVAE. VIXIT. ANNIS. II. M. VI
AELIVS. CLADAEVS. ET. CANI
NIA. MODESTINA. PARENTES
FILIAE. DVLCISSIMAE
POSVERVNT

Gruterero Commelinus.

2 *In S. Martina, ad forum Romanum, vbi olim Aerarium populi Rom. in ara marm.*

MEMORIAE
P. AELI. OLIMPIACI
QVI. VIX. A. XVI
M. II. D. XI
RELICTA. MATRE
INFELICISSIMA

Vidit Smetius.

3 *Beneuenti, in gradibus interioribus templi Archiepiscopalis.*

AE. L. F. POLLAE. FILIAE
IO. QVINTIONI
PHILVMINAE. MALLIAE. L. L
INVENTA.

E Verderii schedis.

Romæ.

4 AELIAE. T. F. PROCVLAE
VIXIT. ANN. XVI. AELIVS
INCLVTVS. ET. AVOLEIA
SP. F. RESTITVTA. MISER
RIMI. PARENTES. FILIAE

Ex Aldo.

Puteolis.

5 D . M
P. AELIO. PVTEOLANO
QVI. VIXIT. ANN. V. M. IIII
D. XVII. HERON. GER
MANVS. ET. PONTICE
FIL. DVLCISSIMO. F

Ex Apiano.

6 *Treueris, ad D. Pauli.*

D . M
AELIAE. QVA
DRATILLAE
FILIAE. INNO
CENTISSIMAE

Ex Ortelio.

7 *In ciuitate Portuensi, arula muro Arcis inclusa.*

AELIAE
SABINAE
NEVIA
FORTVNA
TA. FILIAE
DVLCISSIMAE

Gruterus è ms. Smetii.

8 *Romæ, sub Capitolio, in vrna depositoria, seu Sarcophago, supra ostium domus cuiusdam priuatæ posita.*

D Θ K M
ΕΙΚΟϹΙΝΕΞ. ΑΥΚΑΒΑϹΙΝΕΤω
ΖΗϹΑϹΑ ϹΑΒΕΙΝΑ
ΚΑΙ. ΜΗϹΙΝ. ΤΕΓΡΑϹΙΝ. ΕΙΤΕΝ
ΔΕΚΑΤΟΝ. ΠΑΛΙΝ. ΗΜΑΡ
ΤΗΔΕ. ϹΟΡω. ΚΕΙΜΑΙ. ΘΥΓΑΤΡΟϹ. ΜΕΤΑ
ΗΜΕ. ΔΙωΞΕΝ
ΔΙΞΑΜΕΝΗ. ϹΤΟΡΓΗΝ. ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΑ
ΔΟΓΜΑϹΙ. ΜΟΙΡωΝ

HIC. IACET. EXANIMIS. TVMVLIS. AELIA
SABINA
CVM. SVA. NATA. SIMVL. FETV. QVEM
PROCREAT. IPSA
O. FORTVNA. FIDEM. QVANTAM
MVTASTI. MALIGNE
QVEM. GENVIT. GENETRIX. SECVM
TENET. IN. LARE. DITIS

Vidit Smetius.

9 *Romæ, in domo Episcopi Vallæi.*

D M
AELII. TAMYRI
PVERI. MISERRIMI
OSSA
MYRINE. MATER. IN
FELISSIMA
POSVIT
ET. SIBI. ET. SVIS
POSTERISQ

E Boissardo.

Lurani, agro Bergomi in ædicula S. Lini.

D . M
10 B. AELIO. TAVRO. QVI. VIXIT
ANN. XXI. DIES. XXXXV
FANNIA. SEVERA. MATER
FILIO. PIENTISSIMO. ET
SIBI. ET. AELIO. LVCIO
MARITO. RARISSIMO
V . F

Ex Apiano.

Semini.

1 AEMILIAE. CLEOPATRAE
FIL. DVLCISSIMAE
CYNIGETICVS. PATER

Ex Aldo.


Romæ, ad S. Petro in Montaureo.

2 D. M
D. AEMILIVS. P. F. FELIX
FILIAE. SVAE. FECIT

Ex Aldo.

Boarni, ditionis Brixiensis.

3



Gruterus è Verderii ac Pannini schedis.

Romæ, in ædibus Podocatharorum ad cloacam S. Luciæ.

4 D. M
M. AEMI
LIO. PLO
CAMIA
NO. P. AELI
VS. PLOCA
MVS. ET. FL
SPES. FILI
O. VIXIT
ANNIS. II
MENSE. I
DI. XXVIII

E Mazochio.

Patauii, in D. Iustinæ.

5 AFRODANO
FILIO. DVLCIS
SIMO. ET. IN
NOCENTISSMO
QVI. VIXIT
ANN. IIII. M. X
D. XXIIII
GLICERIVS. ET
VERA. PARENTES
VIVI. T. F

Ex Scardeonio.

Beneuenti.

6 AFINIAE. N. F
CALLISTE. C. F
N. AFIDIVS. FOR
TVNATVS. PATER

Gruterus è Verderianis.

Romæ, in ædibus Horatii della Valle.

7



Grutero Dominus Marmoris.

Allifani in Campania.

8 D. M
M. AIEDIO. AGILI
VIXIT. ANN. XVI. MEN. V
DIEBVS. VIII. AGILIS
PATER. FILIO. BENE
MERENTI. FECIT

A Pighio Smetius.

Romæ, in A. Colotii hortulis.

9 ΑΙΛΙΑ. ΑΙΛΙΑΝΗ. ΕΤωΝ. ΙΒ. ΠΑΤΗΡ
ΑΞΙΑΟΥΣΗ. ΕΠΟΙΗΣΕΝ

Gruterus è Metellanis.

Antipoli.

10 L. ALBVTIO. COEVIANO. ALBVTIA. CHRYSIS. MATER
. . . ET. POSTERISQVE. EIVS. VIVA. FECIT.

A Scaligero.

Romæ, in domo Bern. de Valle.

1 D . M
PETRONIA. NICE. ET. ALCIBIADES
ALCIBIADI. FIL
DVLCISSIMO. ET. DESIDERATISSIMO
sic
CVIVS. MORS. DECEPIT. PATRE. SVVM
Q. V. A. XX. M. VII. D. XXI
ET
IVCVNDE. MATRI. EIVS. CVM. QVA
VIX. A. XV. ET
FELICLAE. ALVMNAE. SVAE
Q. V. A. VI. MENS. VII. B. M.
FECER
SIBI. ET. SVIS. POST. EORVM

E Mazochio & Verderianis.

2 *In viâ Flaminiâ apud Vrbem.*

DIS. MANIBVS
M. ALLIDI
COMINIANI
ALLIDIA
SEDATA
∴ATER.FILIO
∴∴ISSIMO

Vidit Lipsius.

3 *Beneuenti.*

D . M
ALLIAE. FE
LICITATI. Q. V
AN. VI. M. III. D. XX
ALLIA. IVSTINA
MATER. INFELICISS
FEC

E schedis Verderii Gruterus.

4 *Patauii, in ædibus Obiciis ad Episcopium.*

VXORI
M. ALLIO. M. F. FESTO
FILIO
HOSTILIAE. C. L. SEVERAE
N. F. F. N. S. N. C

E Scardeonio & Pinelli schedis.

Romæ, in foro Traiano tabella marm.

5 Ρ. ΑΛΦΗΝΟΣ
ΜΑΡΤΙΑΛΙΙΣ
ΛΑΟΔΙΚΕΥΣ
ΤΗΣ. ΑΣΙΑΣ. ΠΑ
ΡΟΔΟΙΣ. ΧΑΙ
ΡΕΙΝ. ΠΑΤΗΡ. Ε
ΠΟΙΗΙΣΕ. ΤΩ. ΙΔΙΩ
ΤΕΚΝΩ. ΖΗΣΑΝ
ΤΙ. ΕΤΗ Θ

Grutero Schoppius.

Romæ, in domo M. Antonii Alterii, ara ornatissima, vbi antiqua inscriptione erasa, substituta recentior Christiana. vetus talis erat.

6 D. M. CANDIDO. ALTERIO. FILIO
DVLCISSIMO. C. ALTERIVS. PATER
INFELICISSIMVS. P
VIX. ANN. XVII. M. VI. D. III
ET. CANDIDAE. ALTERIAE. F
VIX. ANN. IX. D. X

E Boissardo

Mediolani, ad Sanctum Victorem.

7 D . M
AMANTIO. DVLCISSIMO
POSVERVNT. PARENTES
VERNA. PATER. ET
LVPVLA. MATER. FILIO
INNOCENTISSIMO

Ex Apiano.

Romæ, in domo Galli Scriptoris penitentiariæ.

8 AMARANTHI. OSS
PATER. FILIO
VIX. ANNOS. XX

E Mazochio.

Romæ, in domo Horatii Arcionii prope Aram Cœli marmor oblongum & supra rotundum.

9 ΑΜΕΙΡΙΜΝΩΙ
ΥΙΩΙ
ΤΑΤΙΟΝΗ
ΜΗΤΗΡ
ΕΤΩΝ. Η̄
ΜΗΝΩΝ. Σ̄

Gruterus è Knibbii & Merelli schedis.

Romæ, in domo quondam Ioh. Coritii Germani, ad forum Columnamque Traiani, tabella marm.

10 D M
CONDITVS. HIC. AMOR. EST. DICTVS. DE. NOMINE. PATRIS
HEV. MISERI. PATRIS. CONDITVS. HIC. AMOR. EST
GALLIA. QVEM. GENVIT. DE. GENTE. NOVEMPOPVLANA
ITALA. TERRA. TEGIT. GALLIA. QVEM. GENVIT
NOBILIS. INGENIO. DOCVIT. IVS. INCLYTA. ROMA
OPPETIIT. FATIS. NOBILIS. INGENIO
LAESERIS. HVNC. TVMVLVM. SI. QVISQVAM. IN. TARTARA. PERGAS
ATQVE. EXPERS. TVMVLI. LAESERIS. HVNC. TVMVLVM

Ex Alf. Castri autographo Smetius.

1 *Galistri, inter Emeritam & Salmanticam.*

D. M. S
AMMONICA. MAVRA
AN. XVIII. AMMO
NICVS. MAVRVS
FILIAE. PIENTIS
SIMAE. FECIT

E Morali.

2 *In Conuenis Nouempopulonia.*

D. M
ANDOSSIO. SALISIVS
FIL. PIENTISSIMO

A Scaligero.

3 *Fani, in Episcopio.*

D. M
ANNEIO
MARCELLO
VIX. AN. VIIII
M. VII. D. XII. ET
ANNEIO
MARCELLIN
VIX. AN. VII. D. VI
. . . .
. . . .
VIX. AN. I
ANNEIVS
MARCELLVS
FIL. ET. CONT.

E Manutio.

4 *Romae, in S. Iacobo extra portam*

D. M
P. ANNIO. ACYNDINO
QVI. VIX. ANN. P. M. XII.
VACONIA. EVPHROSYNE
FILIO. PIENTISSIMO
ET
M. SERGIVS. IVSTVS
AMICO. B. M. F

E Mazochio.

5 *Romae, in domo Iac. Alberini*

L. ANINIO. L. F
EVENO
VIX. ANN. LXXV
SEX. MVNATIVS. L. F
PERENNIS
PATRI. SVO
BENEMERENTI. FECIT

E Mazochio.

6 *Puteolis, in domo iuxta mare.*

IN. HOC. EPITAPHIO. MACERIA
CINCTVM. ANNIAE. MAXIMI
NAE. ET. ANNIORVM. CELERIONIS
MAXIMINI. ET. CELERINATIS
FILIORVM. EIVS. QVAE. EST
DOMVS. AETERNALIS.

Ex Apiano.

7 *Romae, apud Iosephum Castalionem.*

T. ANNIO. NICEPHO
RIANO. QVI. VIXIT. AN
NIS. XVIII. MENSIBVS. IIII
DIEBVS. VII. ANNIA. AR
CHELAIS. MATER. FILIO
DVLCISSIMO. BENEMER
....ET. SODALES. IPSIVS

A possessore Gruterus.

8 *Romae, sub porta Capellae rotundae, ante portam Latinam.*

D. M
P. ANNIO. P. F. PAL
POMPEIO. VALERIANO
VIX. A. VII. M. III. D. V
ANNIVS. VALERIANVS. ET
POMPEIA. VALERIANA
FILIO. PIISSIMO

Grutero Vrsinus.

9 *Romae, in aedib. Sabae de Pinis.*

D. M
L. ANNIO. L. F
SABINO
VIX. AN. X. D. XXVII
L. ANNIVS. HOMERVS
ET. CLAVDIA. PRIMA
PARENT. FECER
ET
C LAVDIO. RECEPTO. F
ET. SIBI. ET. SVIS
LIB. POST. EORVM

E Mazoch.

10 *Nemausi.*

D ⌽ M
C. ANTISTII. QVIN
TILLI. QVI. VIXIT
ANNIS. XII. MENS. X
C. ANTISTIVS. EPIC
TETVS. ET. POMPEIA
QVINTILLA. PARENTES

Ex Poldo.

11 *Romae, prope Arcum S. Viti.*

DIS. MANIBVS
T. AVRELIVS. TRYPHO
F
PIENTISSIMAE. ANTISTIAE
TRYPHENAE
FECIT
ET. SIBI. ET. T. ANTISTIO
COSMO. NEPOTI
SVO
ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQ
SVIS. POSTERISQVE
EORVM.
H. M. IN. F. P. X.
IN. A. P. X.

E Mazochio.

12 *Romae, in aedib. Bruti Vallensis.*

D. M
C. ANTONIVS. AGA
THOPVS. ET. ANTONIA
AMPLIATA. CN. ANTONI
O. AMPLIATO. FIL. DVL
CISSIMO. QVI. VIXIT. ANN
XIII. MEN. VIIII. DIE. V. HOR III
FECERVNT. PARENTES. INFE
LICISSMI. ET. SIBI. ET. SVIS. L. L. P. Q
⌽ EORVM ⌽

Ex Manutio & Knibbianis.

Prope Sintram Hispan.

ANTONIAE
AMOENAE. H. S. E
ANT. AMOENVS PATER
D. D

E Schotti schedis.

14 *Romae, in domo Marcelli de Monte.*

FONTEIA. PELAGIA
FECIT
M. ANTONIO. FONTEIANO
FILIO

E Mazochio.

15 *In S. Aren Lusitan.*

D. M
ANTONIAE
MODESTAE
AN. XXXX
IVLIA. RVFINA
MATER. FILIAE
PIENTISSIMAE
POSVIT
H. S. E

E Vasaeo ad Florum & Schotti schedis.

Romæ, in ædibus Episcopi Aquinatis.

I

D . M
M . ANTONIVS . LISYPO
NVS. EECIT. ANTONIAE
PRIMIGENIAE. FILIAE. SV
AE. ET. SIBI. ET. FLAVIAE
PRIMITIVE.CONIVGI.POSTERISQ
SVIS

Gruterus è Knibbianis.

Romæ, in hortis Mediceis arula marm. in qua supernè caput Gorgonis est inter Cygnos. Sequitur inscriptio, paruis ac raris, sed opt. litterulis.

2 DIS. MANIBVS
ANTONIAE. M. F
PANACES. VIX. ANN. IX
MENS. XI. DIEB. XIII *Sunt in lateribus*
FILIAE. OPTIMAE. ET *vtrinq; lauri.*
PIISSIMAE
L. ANTONIVS. PAL. ALYPVS
ET. PAPINIA. ZOSIME
FECERVNT

Infernè Sceleton humanum in saxis iacet, supra quod lacertus muscam captat, & papilio aduolat, veluti auxilium muscæ laturus.

Vidit Smetius.

Romæ, in hortis Carpensib. in Quirinali.

3

D . M
ANTONIA . SECVNDI
NA . ANTONIAE . LAE
AE. FILIAE. DVLCISSIM
Q.V. AN. IIII. B. M.. F

Gruterus è Knibbii schedis.

Romæ, in horto Tamarozij.

4

V ANTONIVS SEVERVS AQVILA HIC IACET E
L SINE ANIMA MISERABILI FATO QVI VIXIT T
T ANNOS BISSENOS ET SEX MENSES. CVI VOTA V
O ERANT VT PARENTIBVS ISTA PARARET T
R SET MORS IMMATVRA FECIT VT FACERENT O
. PARENTES FILIO CONTRA ORDINEM . . . . R
. STVDIA AMAVI OBSEQVENS MAGISTRIS FVI .
. OBSERVAVI PARENTVM PRAECEPTA ME
MICOS COLVI PATRONOS BONOS
OFFICIO PRAESTVS FVI SET FATALI
M AETATE TVLERVNT LVC
QVOD DI. . . . . IB

E Mazochio & Metelli schedis.

Romæ, ad Vrsum.

5

D . M
ANTONIO
VALENTI
FECIT
ANTONIA
LVCIAS. FILIO
DVLCISSIMO
VIX. ANN. XII
MENSIB. VI

A Castalione Gruterus.

Romæ, in domo Fr. Thamasii de Senis.

6 D . M
APHNIO . QVI
VIXIT. ANN. XIII
MENS. XI. DIEB
XVI. ACHILLEVS. ET
CLEOPATRA . PA
RENT. FIL. DVLCISSI

E Mazochio, & Achille Statio, qui vidit.

Romæ, in ædib. Benedicti de Saxis.

7 D . M
APHRODOSIAE
APHRODISIVS
PATER
FILIAE. POSVIT

E Mazochio.

In hortis Paganorum sub Caserta.

8 APOLLONIA. QVAE. VOCITABATVR
LAPIDE. HOC. INCLVSA. QVIESCO
IPSO. MIHI. FLORE. IVVENTAE
RVPERVNT. FILA. SORORES
ANNOS. POST. DECEM. ET. OCTO
VENERVNT. VISERE. LVMEN
VNVM. SORTITA. MARITVM
SERVAVI. CASTA. PVDOREM
MATER. MISER. HOC. MONVMEN
EXTRVXIT. OLYMPIAS. AMENS
HAEC. SVNT. BENE. VIVE
VIATOR

E Iacobonio, nam Manutius imperfectior est.

Romæ.

9 M. APPAEO
MAXIMO
VIX. A. VI
MENS. III
H. IIII
D. X. X
VICINIA·PRIMIGENIA
MATER
FILIS. SVIS

E Manutio.

In oppido Fabrica in Faliscis, pro foribus ædis S. Ioannis.

10

HIC. AQVILAE. CINERES. MISERABILIS. VRNA. SEPVLTOS
CONTEGIT. ET. FATIS. EXPROPERATA. NIMIS
OCCIDIT. INFELIX. COEPTO. MODO. FLORE. IVVENTAE
QVAM. FINIIT. ANNVS. SEPTIMVS. ET. DECIMVS
FORMONSVS. FRVGI. DOCTVS. PIVS. A. PATRE. MOESTO
ACCEPIT. TVMVLOS. QVOS. DARE. DEBVERAT

E Smetio & Pierio.

Romæ, ad Campum Floræ, in stabulo quodam.

II

M. ΛQVILII. EVCARPI
FIL. DVLCISSIMI
QVI. VIX. ΛN. VI
M. XI. DIEB. II
M. ΛQVILIVS
SATVRNINVS. PATER

E Manutio & Castalione.

Venetijs, à tergo S. Augustini.

1 HOC. IN. LOCO. POSITA. EST
AQVILINIA. VICTINA. IN
FELICISSIMA. PVELLA
QVAE. VIX. ANN. VIII. MEN
XI. DIES. IIII.
LOLLIA. AVXESIS
MATER
ET. SIBI. FECIT

Ex Apiano.

Romæ, in S. Potentianæ.

2 Q. ARICINIVS. Q. F. BASSVS
VIXIT. ANN. XXV
DEBVIT. HOC. PATRIS. NATVS. DVO. CORPORA. HVMARE
CORPORA. SEMIANIMES. CORPVS. INANE. COLVNT
QVI. QVIA. NON. POSSVNT. DONIS. AEQVARE. MERENTEM
RESPONDERE. QVEVNT. BASSE. TVIS. MERITIS
V. C. CVRTIVS. C. L. ANTIO
CHVS. PATER
DEBVIT. HOC. NATVS. NOBIS. PRAESTARE. DVOBVS
VT. CINERES. PATRIOS. DEDERET. INFERIIS
SED. QVONIAM. DIRAE. GENVERVNT. FATA. VOLVCRES
TE. BASSE. EREPTVM. FLEVIMVS. ANTE ROGVM
V. ARICINIA. NAIS. MATER

Ex Mazochio & Apiano.

3 *Extra Viennam, in tabula sub capite adolescentis rasi. infra quod venaticus canis & lepus.*

ARIOMANVS
ILIATI. F. BOI
ANNORVM
XV
H. S. E
PATER. POSVIT

E Clusij schedis Gruterus.

4 *Romæ, in S. Nicolao de Forbitoribus.*

D. M
ARRIVS. ANTINOVS
PATER
FECIT
ARRIAE. ANTINOAE
FILIAE. DVLCISSIMAE
QVAE. VIXIT. MENSIBVS
VIIII

E Mazochio.

9 *Romæ, in ædib. quondam Lud. Belli.*

L. ARVIAN. L. ARVIAN
VALERI. FILIVS
FL. LENTVLVS. FESTVS
ET
VARENIA. AGRIPPINA
PARENTES
FECERVNT
ET
MENIAE. MIRSINAE
MATRI
SIBI. SVISQVE
IN. FR. P. V. IN. A. P. V.

E Mazochio.

10 *Romæ, in ædib. quondam Lud. Belli.*

D. M
L. ARVINIO. IVSTO
AGRIPPINO.
FIL. DVLCISS.
Q. V. A. VIII. D. XL

E Mazochio.

5 *Augustæ Taurin. in ædibus Cassiani Putei, primi Senatus præsidis, marmore prægrandi aquila fastigio triangulari includitur, duobus hinc inde Pegasis siue Gryphis vas altero pede fundentibus. columnæ duæ sequuntur, quibus alligata hasta. inferius autem frenatis bobus currus trahitur, dolio oblongo onustus, quem currum auriga flagellum quasi mouens regit. boues præit procus. in medio hæc inscriptio.*

T. ARRIO. T. F. ETRO. TERTIO
ANN. XXI
MVCIA. T. F. MODESTA
MATER. V. F
SIBI. ET. T. ARRIO. M. F. VIRO
INVIDA. FLORENTEM. RAPVERVNT
FATA. IVVENTAM
sic
NEC. LIQVID. MISERO. ME. SVPER
ESSE. MEIS
FLEVIT. PRAESENTEM. MATER
FLEVERE. SODALES
ET. MATER. TEPIDO. CONDEDIT
OSSA. ROGO
QVAE. PRIVS. HOC TITVLO
DEBVIT. IPSA LEGI.
In basi
IN. AGRO. P. XX. IN. FRONTE. P. XX

E Pingonio.

11 *Romæ, apud Lucium Buccabellam in cliuo Capitol.*

D. M
C. ASINIO. C. F. PRISCO. VIXIT. AN. XX. ET
ASINIAE. C. F. IVVENILLÆ. VIX. AN. XXII
FILIIS. PIISSIMIS. FECERVNT
C. ASINIVS. CHRYSEROS. ET. CINCIA
EVTYCHIS. PARENTES. ET. SIBI. ET. SVIS
LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQ
EORVM. LOCVS. EMPTVS
A. LIBERTIS. ET. LIBERTABVS
IVLIAE. EPIPHANIAE

E Manutio & ms. cod. Smetij.

Tergeste, in Eccles. Martyr.

6 D. M
L. ARRI. MAXIMIANI
L. ARRIVS. MAXIMIANVS
FILIO
PIENTISSIMO. V. F.

E Lazio.

Veronæ.

7 D. M
ARIAE. PROTIDI
QVAE. VIX. ANN. XVII
M. V. D. XII. PARENTES

E Manutio.

8 *In S. Mariæ Campi Martij.*

D. M
ARRIAE. VENERIAE
FECIT
SEX. CAELIVS
SATVRNINVS
ET
CAELIA. PRIMA
PARENTES.

E Mazochio.

12 *Romæ, in hortis Carpensibus.*

D. M
Q. ATERIVS. AD
IVTOR. FECIT
Q. ATERIO. AGA
THEMERO. FIL
SVO. VIX. AN. IIII. M. II

Gruterus è Knibbij schedis.

Romæ, in hortis Carpensibus.

1

D. M
ATTILIO. KA
RO. FILIO
DVLCISSIMO
ATTILIVS
EVTRAPELVS
PATER. F

E Boissardo.

In S. Maria Monticelli.

2

D. M
ATILIAE. MOSCHIDI
F. DVLCISSIMAE
Q. ATILIVS. MOSCHVS
ET. CORNELIA. CORINTHIA
S. PARENTES. FECERVNT
SIBI. SVIS. POSTERI
SVORVM

E Mazoch.

Augustæ Taurin. in ædib. Vagnonijs.

3

ATILIO. P. F
NEPOTI

E Pignonio.

In arca reperta in fluuio Saan.

4

C. ATILIO. SECVNDINO.
VIX. AN. LXII.
Θ. AN. VII.
FIL. PIENTISS
L. M. V. C

E Lazio.

Veronæ, ad templum D. Anastasiæ.

5

C. ATTIO. C. F. CIXILO
FILIO. SVO

E Saraina & Panuinianis.

Romæ, in hortis Euryali Rufini, retro templum Pacis, versus busta Gallica, ara marm.

6

DIS. MANIBVS
ATTIAE. T. F. QVINTILLAE
ATTIVS. PHLEGON. PATER
ATTIA. QVINTA. MATER
ATTIVS. T. F. QVINTIANVS
FRATER. AGRVM. SIVE. HORTVM
MACERIA. CLVSVM. AC. POSTERIS
SVIS. ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
DOMVS. SVAE. CONSECRAVERVNT

Vidit Smetius.

Romæ, apud Carpensem in hortis Quirinalibus.

7

D. M
AVCTO
V. A. I. M. VII
D. XXV. FEC
LARCIA
TYCHE
NEPOTI. SVO

Gruterus è Knibbij schedis.

Romæ, in hospitali Lateran.

8

D. M
P. AVFIDIO. ANTONINO
VIXIT. AN. II. M. III
D. XXIIII
AVF. EVTYCHES. FIL.
DVLCIS. FECIT
TREBIAE. SOTERIDI
B. M. F. C
TREBIVS. DIADVMENVS

E Mazochio.

Agnilac Hispa.

9 IN. F. P. XI. IN. AG. P. VIII
AVG. SISENAE. F. AN
XIIII. H. S. E

E Strada.

Romæ, in templo quodam.

10 C. AVIAE
LAIDI
VIX. A. XXIII. M. D. XV
C. AVIVS. HELIVS
PATER. FILIAE
FECIT

Vidit Lipsius.

Romæ, in ædib. Marcelli de Monte.

11

SEX. AVONIO
SATVRNINO
F. PIISSIMO
AVONIA. CALLITYCHE
MATER
FECIT. VIX. AN. XV.

E Mazochio.

Regenspurgi, in S. Hemerami.

12

I. O. M.
ET. PERPETVAE. SECVRITA
TI. ET. MEMORIAE
DVLCISSIMAE. AVRELIAE
MATER. AVRELIA. ET. P
AEL. IVVIANVS. CONIVGI
INCOMPARABILI

Ex Apiano.

Moguntiæ.

13

AVR. CONSTANTINAE
SIVE. PALLADIAE
INFANTI
INNOCENTISSIMAE
QVAE. V. A. XII. M. XI

Ex Apiano.

14 *Poëtouione, in monasterio inferioris ciuit.*

ΕΥϹΤΑΘΙ. ΤΑΤΤΑ
ΑΥΡΗΛΙΩ. ΔΗΜΗΤΡΙΩ
Κ
ΦΗΛΙΚΙΤΑϹ. ΚΙΟΝΙϹ
ΥΙΩ
ΓΝΗϹΙΩ
QVI. VIXIT. ANN. II.
M. VIII. D. VIII

Ex Apiano & aliis


Apud Hisconum in Ferentinæ regione.

15

D. M
AVRELIAE. LVCIDIAE
GRATAE
DVLCISS. ADOLESC
INTEGERR. VENVSTISSQ
M. AVREL. LVC. PIVS
INFELICISS. PATER
INSPERATOS. TVMVLOS
DEDIT. MIS. Q. VLT. DONA


E Burchelaro.

1 *Romæ, in Sancto Antonio e regione domus hospitalis Anglorum prope curiam Sabellicam.*


D ❧ M
AVR. MAXIMIANVS. AVR. OLYMPIADI❧
FIL. DVLCISSIMAE. QVAE. VIX. ANN. XXII. M. X
D. XXVI. ET. PVBLICIAE. CARPODORAE. EIVS. ET
LIB. LIBERTABVSQ. SVIS. POSTERISQ. EORVM. ❧F❧
SI QVIS. HOC. SEPVLCHRVM. VEL. MONVMENTVM
CVM. AEDIFICIO. VNIVERSO. POST. OBITVM
MEVM. VENDERE. VEL. DONARE. VOLVERIT
VEL. CORPVS. ALIENVM. INVEHERE. VELLIT
DABIT. POENAE. NOMINE. ARK. PONTIF. L-S. C̄ N̄.
ET. EI. CVI. DONATVM. VEL. VENDITVM. FVERIT
EADEM. POENA. TENEBITVR


Vidit Smetius.

2 *Romæ, apud Franc. Romanum, tabella marmorea.*


D . M . S
AVREL . MESTRIAN . ET
FILIAE . DVLCISSIMAE
QVAE. VICXSIT. ANNIS. QVATTOR
AVREL . MESTRIPER . PATER
ET. SIBI. ET. SVIS
LIB. LIBQ. POST. EORVM
Q. H̄H. ❧

Vidit Smetius.

3 *Romæ, in ædibus Marij Maffei.*


D . M
AVR . PROBINO . FILIO . DVLCISSIMO
QVI. VIXIT. ANNIS. XI. M. II. H.
NVL. AVR. FIDELIS. † C. LIR
B. N. M. FECIT

† QVIR.

E Mazoch.

4 *Romæ, ad S. Mariæ Cruciferorum, ad fontem Triuij.*

D . M . S
CLAVDIA . ZORTE
FECIT. SIBI. ET. AVRELIAE
SERENILLAE. FILIAE. SVAE
DVLCISSIMAE. ET. LIBERT
LIBERT. POSTERISQ. EORVM

Ex Aldo.

5 *Romæ, ad plateam Sciara, apud lapicidinam.*

L. AVRELIO
SEVERO
L. AVRELIVS
PRIMITIVOS. ET
AVRELIA
SEVERA
PARENTES. F. P

E Castalione.

6 *Jaderæ.*

AVRELIAE. L. F STATILIAE
CLAVDIANAE
QVAE. VIXIT. ANNO. I. MEN
SE. I. DIE. I.
FILIAE
HERODES . ET . IVLIANA
PARENTES

Ex Apiano.

7 *Salerni.*

AVRELIAE . VALERIANAE
VIX. ANNIS. XXIIII
MENS. VII. DIEB. XIII
ELVIA . CHRESIA . FILIAE
DVLCISSIMAE

Ex Apiano & Pontano.

8 *Romæ, ad D. Petri & Marcellini.*

D . M
VLIA. PRIMA. AV
RELIO. ZOTICO. FI
LIO. BENEMERE
NTI. QVI. BIXIT. AN
NIS. XXXVIII. M
ENSIBVS. III
DIEBVS. X

Ex Aldo.

9 *Extra Mirabellam.*

C. BABRI. RVFI
VIX. ANN
X X
BABRIA . PRIMA
MATER. FIL
B. M. F.

Ex Aldo.

10 *In valle Sagunti Hispan.*

D : M
BAEBIO . SENECIANO
ANNORVM . XVIII
SERGIVS. ❧ MARCIA ❧
FILIO. ❧ PIENTISSI
MO. ❧ ET. SIBI. FEC

Eschotti schedis.

11 *Polæ, in cathedrali Ecclesia.*

M. BARVIVS. SOTER. BAR
ASCLEPIODORAE
FILIAE. PIENTISSIMAE.

Ex Matyre & Apiano.

12 *Nemausi.*

D . M
BARO . MANSVETI . F.
QVARTANA . MATERN
FIL. AVNCIO. PIISSIMO


Ex Foldo.

13 *Romæ, ad theatrum Marcelli, in pariete domus priuatæ, arula marm.*

ΘΕΟΙϹ ΧΘΟΝΙΟΙϹ
ΝΥΝ ΒΑϹΙΛΙΟϹ
ΕΓΩ ΒΡΕΦΟϹ
ΑΙΛΙΝΟΝ ΩΔΕ
ΜΑΚΡΕΙΝΟϹ
ΠΑΤΡΟϹ ΜΑ
ΚΡΕΙΝΟΥ
ΓΛΩΚΕΡΑϹ
ΜΗΤΡΟϹ ΜΗΤΕ
ΚΟΥϹΗϹ ΟΚΤΩ
ΤΗ ΠΑΝϹΑϹ ΠΡΟϹ ΜΥ
ΤΟΙϹ ΝΗΝΑϹ Β. ΜΥ. Α

vidit Smetius.

14 *Romæ, ad forum Piscarium, in domo priuata.*


D . M
C. BELLEIO. CLAVDIANO
VIX. ANN. XVII. MENS. XI. DIEB. X
C. BELLEIVS. PONTICVS
ET. CLAVDIA. NICE
FILIO. PIENTISSIMO
VIVI. FECERVNT. ET. SIBI
IN. PARTE. DIMIDIA
ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQ
SVIS. POSTERISQ. EORVM

D . M
C. STATILIVS
PROCVLVS
SE. VIVO. FECIT. SIBI
ET. CLAVDIAE. HELIADI
CONIVGI. KARISSIMAE
IN. PARTE. DIMIDIA
ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQ
SVIS. POSTERISQ. EORVM

Vidit Smetius.

1 *Rauennæ, in S. Iohannis Apostoli.*

BETVCIAE. PROCVLAE
L. BETVCIVS. PROCVLVS
ET. CAESIA. VICTRIX
PARENTES . FILIAE
PIISSIMAE
VIX. ANN. XVI
D. XXXI

Ex Apiano & Fonteio.

2 *Emeritæ, fragm.*

C. BETVTIO
ANN. XXXX
AS PER. M
MATER

E Schotti schedis.

3 *Romæ, in S. Clemente, in perirrhanterio.*

DIS. MANIBVS
C. BITINICI
PREPONTIS
PATER. FILIO
PIISSIMO. FECIT
VIXIT. ANN. XI
MEN. VII. D. XII

Ex Mazochio.

4 *Romæ, in domo Læti.*

MEMORIAE
Q. BLAESI. ESQVILIN
FECIT
Q. BLAESIVS. ZOTICVS
PATER

E Mazochio.

5 *Ad portam Appiam in vinea quadam.*

DIS. MAN
BLOSSIA. ONOMASTE
MATER
FILIO. BENEMERENTI
FECIT
BLOSSIO. VALENTI
VIXIT. ANNIS. II
MENSIBVS. VII

E Mazochio.

6 *Eberstorstorfij apud D. Hieron. Beck à Leopolstorf. sub duabus ad cingulum statuis.*

BROGIMALIVS ....
ARVS. PLOPIO. ISS......
ISSI. FILIVS. A.........
AN. XXX. M. R............
CLASSICI ....
PATER. POSVIT ....

Gruterus è Clusij schedis.

7 *Romæ, in taberna libraria regione Parionis.*

CAECILIÆ. CRESCENTINAE
CAECILIVS. PATER
FECIT
VIX. AN. XV. MEN. VI
D. XXV.

E Mazochio.

8 *Salodij, ditionis Brixiensis supra templi Ianuam.*

CAECILIA. SEVERA
SIBI. ET. Q. CAECILIO
CALVISIO. CAECILIO
QVINTIONI. FILIIS

Gruterus è Verderianis.

9 *Neapoli.*

D. M
M. CAELIO
CELESTINO
VIXIT. ANNIS
XXIII. MENS. III
D. XXIII.
CALLISTVS. PATER
FILIO
BENEMERENTI

Ex Apiano.

10 *Ameriæ, in pariete supra fenestram domus Antonij Bornij.*

D. M
CAESIAE. C. F. CLEMENTI
ANAE. C. CAESIVS. CLEMES
ET. SILIA. IVSTINA. PARENTES
INFELICISSIMI. ET. SIBI. POS
TERISQVE. SVIS

Ex autographo Marcelli secundi Pont. Max. Fonteius.

11 *Tuderti ad Paragnanum in via Camuccia.*

D. M
CAESIAE. DIDV
TI. CAESIVS. DIOPHAN
TVS. ϕ ET
CAESIA. SEVERA
PARENTES. FILIAE
PIENTISSIMAE


Ex Fonteio.

12 *Romæ, via Appia inuentum.*

Q. CAESIO. SABINO. PVERO
DVLCISS. FORM. SINGVL
VIX. AN. XI. M. IIII. D. XVII
CAESIA. VENVLEIA. PRISCA
VRN. MARMOR. MOESTISS. POS. K. OCT
P. CORNELIO. ANVLLINO. M. AVFIDIO
FRONTONE COS

A Ligorio Iacobonius.


1 *Materni ad fontem dirutum.*


D . M
CAESIAE. M. F. FESTAE. CLODIA. RESTITVTA. F
DVLCISSIMAE. QVAE. VIXIT. ANN. XXIIII. DIES
XXXXI. ET. Q. MINTIVS. MACER. CONIVGI
KARISSIMAE .... CVM. D. EDIT

3

Gruterus e Verderianis.


2 *Romae, in hortis Carpensibus.*


D . M . S
C. CAESIO. IANVA
RIO. Q. V. A. XVIIII. M
X. CAESIVS. AMETHYS
TVS. PATER. FILIO. SAN
CTISSIMO. FECIT

Gruterus è Knibbij schedis.


Romae, in hortis Caesijs, in vrna.

4


D . M
CAESIVS. PANGELIANVS. PATER. ET
CAESIA. FORTVNATA. MATER
CAESIO. PALELIENO. FILIO. ET
CAESIAE. VICTORIAE. FILIAE
IMPVB. DVLCISS

E Fonteio.


5 *Romae, in hortis Carpensibus.*


D . M
AELIA. FELICVLA
FL. TERTIVS. CAESIAE
PRIMITIVAE. F. PIEN
TISS. V. A. IIII. M. V. D. XII
PARENTES. FEC. ET. SIBI
POST. SVIS

Gruterus è Knibbij schedis.


Romae, quondam in domo Prosperi Cafarelli, Episcopi Asculani.

6


D *In medio visitur stemma iuuenis.* M
CN. CAESIO. ZOSIMO
T. AELIVS. ZOSIMVS. PATER
ET. CAESIA. CALLIOPE
MATER. FECIT. FILIO. KARIS
SIMO. VIXIT. ANNIS. XI
DIEBVS. L


E Mazochio & Fonteio.

7 *Romae, apud Gentilem Delphinum.*


M. CAESONIO. ALBANO. F. BONO
VIXIT. AN. XX. MEN. VIIII. D. X
LAELIAE. RESTITVTAE. VXORI
CASTISSIMAE. ET. QVIETISSIMAE
CAESONIAE. M. F. PRIMAE
QVEM. RELIQ. MEN. VII.
M. CAESONIO. FORTVNATO. FILIO. MINORI
M. CAESONIVS. PRIMVS. PATER. ET
PVBLICIA. SVCCESSA. MATER
FECERVNT. SIBI. ET. SVIS. BENEMERENTIBVS
QVI. HOC. TITVLO. SCRIPTI. SCRIPTAEVE. SVNT
HIC. OSSA. SITA. S


Vidit Smetius.

8 *Romae, apud Gentilem Delphinum.*


CAESONIAE. M. F. PRIME
QVAM. RELIQVIT. MENS. VII
VIXIT. ANNO. I. MENS. VI
M. CAESONIVS. PRIMVS. AVOS
PVBLICIA. SVCCESSA. AVIA
LAELIA. RESTITVTA. MATER
FECERVNT

Vidit Smetius.

9 *Puteolis in aedibus priuatis.*



D . M
CALLINICI
VIXIT. ANNIS. XXIIII
MENS. VIIII. DIEB. XX
CASSIA. NICOMEDIA
ET. CALLINICVS
PARENTES. P
FILIO. PIENTISSIMO
ET. CARISSIMO

Ex Apiano & Mazzelia.

10 L. CALPVRNIO. AELIANO
V. A. XVIIII. D. XVI
L. CALPVRNIVS. EVTYCHVS
ET. ANICIA. EVRESIS
FILIO. PIENTISSIMO
PARENTES. INFELICISS
FECERVNT
LIB. LIBERTABVS. POSTERIS
QVE. EORVM
IN. F. P. X. IN. A. P. XI
ET. CALPVRNIAE. EVRESIS
Q. V. AN. IIII. M. VIII. D. XIII
ET. SEPTIMIAE. ANNIAE
SABINIAE
Q. V. A. VIII. M. VII. D. XI


E Manutio.

11 *Pisauri in tabula.*


CALPVRNIA. C. F
MAXIMA. MATER
DOLENS. ET. MERENS
FILIEIS. FECIT. SVEIS


Ex Aldo & Visinianis

12 *Capuae.*


D . M . S
ZETVS. CAMPANO. FILIO. PIO
FECIT. ET. SIBI. ET
CONIVGI. CALAIDI
QVI. VIXIT. ANNIS. XXXIII
MENSIBVS. X. DIEBVS. XI.

Ex Apiano.

13 *Metis in cippo aedium Cleruant.*


D . M
CAND. CADIDIANO
CARANTO. D. MATER

Grutero Boiffardus.

Ad pontem Cestium, trans Tiberim apud Mattheios.

1 D . M
M. CARIENIO . M. F
VENVSTO
Q. V. AN . VIII . M. X
M . CARIENIVS . FELIX
ET . CARIENIA . VENVSTA
INFELICISSIMI. PARENTES FEC

E Smetio & Castalione.

In Nouburgo Noricorum oppido, iuxta ripam Danubij.

4 PERPETVAE . SECVRITATI
D ♁ M
TIB. CASSIO. CONSTANTINO
IVNIOR . MISERRIMO
QVI. VIXIT. ANNOS. III. MENS
IIII. D. XXII.
TIB. CL . CONSTANTINVS
PATER . FILIO . DVLCISSIMO
A . QVO. SIBI. FACIENDVM
OPTAVERAT . ET
CASSIAE. VERAE. MATRI
EIVS . ET . CLAVDIS
IANVARIO. VICTORI. ET
MARCELLINO. LIBERTIS
FIDELISS. VIVOS. FECIT
ITEM. FIDELI. QVONDAM. ET
CARO. ET. MODESTO. LIB. SVIS
CARISSIMIS

Ex Apiane & Morillonij schedis.

Lugduni, Vico Iudaico.

D ⸸ M

9 ET. MEMORIAE . AETERNAE
CAVI . MAXIMINI
INFANTIS . DVLCISSI
MI . QVI . VIXIT, ANNIS
VII . MENS . VII DIES . XII
FLAVIVS . MASCEL . ET
MAXIMINIA . MARSA
PARENTES . FILIO
DVLCISSIMO . PONEN
DVM . CVRAVERVNT
ET . SVB . ASCIA . DE
DICAVERVNT

Ex Paradino.

In hortis Carpensibus.

2 CARTILIAE . ACTILIAE
QVAE . VIXIT . ANNO
VNO . ET . MESES . VIII
DIE . VNO . HOR . II
M. CARTILIVS DROMO
FECIT FILIAE
AMANTISSIMAE

Vidit Lipsius.

Propè Benacum.

5 D . M
CASSIAE. M. F. FESTAE
CLODIA . RESTITVTA
FILIAE . DVLCISSIMAE
QVAE. VIX. AN. XXXIII
DIES. XII
ET. Q. MINVCIVS MACER
CONIVGI . KARISSIMAE
VIVVS. DEDIT

E ms. cod. Panuinij.

Beneuenti.

7 CASTRICIAE. ISIDO
RAE FILIAE. DVLCISS
Q. V. ANN. XIIII. M. VIII
CASTRICIA . FELI
CISSIMA . B . M . F

Gruterus è Verderianis.

Romæ, in S. Potentiana.

8 D . M
CATTIO . SVBVRANO
VIXIT A. IIII. M. V
CATTIVS. EVTACTV
ET
ATTIA . MELITINE
PARENTES
FILIO . DVLCISSIMO
FEC.

E Mazochio.

Salmanticæ in Collegio S. Bartholomæi.

10 CELSIDIVS . AL
BINVS. P. ET. ATILIA
ALBINA . M . CELSI
DIAE . SERENAE . F
CLVERE PRAE OMNIBVS MALVIT QVOS SINVS ENVTRIT
LICVRIAE ET GIGNVNT QVOS QVOS ATHENEA RVRA
QVAM PRAEROGATIVA VATIS DIVINO MVNERE DATA
NON VLLO SVPERCILIO FVIT NON TYPHO PERVSVS
SED HVMILI GESTABAT MENTE CAELESTIA DONA
NEC SECVM POSSET CETERIS PRAEPONERE NISVS
ECCLESIAE IN ARCE FVGIENS ATTAMEN COACTVS
SVMPSIT SACERDOTIVM ET VERBA MYSTICA PLEBI
VT BONVS PASTOR EROGANS TICINENSEM CATHEDRAM
DECORAVIT MORIBVS CVIVS ET STVDIVM INGENS
FVNDAMENTA ERECTA VSQVE AD FASTIGIA FANTVR
DOMVS EPISCOPIA ET THERMARVMQVE VAPORES
VT GEMINAS DILVERET CVLTV PROPRIO SORDES.
CORPORVM PER AQVAS ANIMAE PLACABILIA SACRA
HINC DIGRESSVS ABIIT SVPERIS IVNGENDVS IN ASTRA
CAETIBVS ET REGNO FRVITVR CVM DNO XPO.

4 *Epith.*

QVI MARE GRADIENS VNDAS PLANAVIT TVMENTES
DEXTRAMQVE SALVTIS LABENTI PETRO PORREXIT
AD SVPEROS LAZARVM NEC NON REDIRE COEGIT
VT PLERAQVE INFEROS QVI POST MIRACVLA NEMPE
ABEGIT TARTARI VALBVLAEQVE INPASSVM
HOMINEQVE VALVIT QVEM SVAM ADINSTAR
QVANTOPERE PINXIT EX ADITV LIBERARE AEQVE
HINC ÆTHRA PENETRANS PATRIQVE DEXTRA CONSEDENS
OMNIA VENIENS ITERVM IVDICARE PER IGNEM
IPSE REDIVIVA PROQVIA SVRGERE CREDO
POST CINERES DVM EXAMINAVERIT CVNCTA
SVA PROMISERAT IONE MEA FACIET CAVSA
TABELLA EN HEROICVM TRILIGAT EXAMETRVM.

5 *Epith.*

SPECIES VENVSTA MENS CVI ADERAT PRISCA
LARIS INDEFLEBILIS ADTVMVLATAM ECCE
NARDEI QVI SEDVLO ET AMBARIS ODOREM
ORE SPIRABAS DOGMATA PHILOSOPHORVM MORE
DIACONATI GRATIA IPSAQVE INTER OMNES
VIRGVLTA PRAECELLEBAS ADMIRANDAM VALDE
SPLENDIDA DE SORTE ROMVLÆAEQVE MELITÆ FONTIS
DERIVATVS NEMPE QVICVNQVE PARENTVM PATRIS
INDOLIS HIC MORI MALVIT QVAM VIVERE FALLAX
ANIMO ELEGIT TOTVMQVE PROPOSITVM FAXIT.

6 *Epith.*

QVIS MIHI TRIBVAT VT FLETVS CESSENT IMMENSI
ET LVCTVS ANIMAE DET LOCVM VERA DICENTI
LICET IN LACRIMIS SINGVLTVS VERBA ERVMPANT
DE TE CERTISSIME TVVS DISCIPVLVS LOQVOR
TE GENEROSITAS MINISTER XPI PARENTVM
TE MVNDA ACTIO THOMAS MONSTRABAT HONESTVM
TECVM VIRGINITAS AB INCVNABILIS VIXIT
TECVMQVE VERITAS AD VITAE METAM PERMANSIT
TV CASTO LABIO PVDICA VERBA PROMEBAS
TV PATIENS IAM PARCENDO PIE DOCEBAS
TE SEMPER SOBRIVM TE RECINEBAMVS MODESTVM
TV TRIBVLANTVM VERA CONSOLATIO VERAX
ERROR VETERI DIV AQVILEGIA CAECA
DIFFVSAM CAELITVS RECTAM DVM RENVERET FIDEM
ASPERA VIARVM NINGVIDOSQVE MONTIVM CALLES
CALCANS INDEFESSVS GLVTINASTI PRVDENS SCISSOS.

7 *Epitaph. ciu. Verzell.*

DISCITE QVI LEGITIS DIVINO MVNERE REDDI
MERCEDEM MERITIS SEDIS CVI PROXIMA SANCTIS
MARTYRIBVS CONCESSA DEO EST GRATVMQVE CVBILE
SARMATA QVOD MERVIT VENERANDO PRESBITER ACTO
SEPTIES HIC QVINOS TRANSEGIT CORPORIS ANNOS
IN XPO VIVENS AVXILIANTE LOCO
NAZARIVS NAMQVE PARITER VICTORQVE BEATI
LATERIBVS TVTVM REDDVNT MERITISQVE CORONANT
O FELIX GEMINO MERVIT QVI MARTYRE DVCI
AD DM MELIORE VIA REQVIEMQVE MERERI.

8 *Epitaph.*

VLTIMA CONCLVDENS PRAESENTIS TEMPORA VITAE
PRESBITER HOC POSITVS TVMVLO PER SECLA QVIESCIT
DALMATIVS SVPERAS MERITIS REDITVRVS AD AVRAS
GRATVS IN OFFICIIS ATQVE OMNI STRENVVS ACTV
MAGNA NIMIS PVROQVE FRATRVM DILECTVS AMORE
CORPORIS HANC REQVIEM MERVIT PRO MVNERE VITÆ
COMMENDANS SANCTIS ANIMAM CORPVSQVE FOVENDVM.

9 *Epitaph.*

PONTIFICIS SANCTI REQVIESCVNT MEMBRA SACRATO
PRO MERITIS DEVOTA LOCO QVI PACE PERENNI
MYSTICVS ANTISTES PARADYSI SEDE LOCATVS
HVIC VENERANDA SIBI SVSCEPIT ECCLESIA PATREM
PERPETVO XPI REFERENTEM FLORE CORONAM
IVSTITIAE CVLTOR SACROSANCTAE PRAEMIA LEGIS
SVMPSIT APOSTOLICAE NVMERATVS IN ORDINE TVRBAE
VNVM TER QVINIS ADIVNXIT EPISCOPVS ANNVM
TERGEMINOQVE SVPER COMPLEVIT TEMPORA MENSE
IVSTINIANVS OVANS PENETRAVIT LIMINA CAELI

10 *Epitaph.*

HIC RECVBAT DIGNVS XPO LEVITA SACRATVS
TOTAM QVI SANCTO TENVIT MODERAMINE VITAM
NOMINE DICTVS APER GALLORVM PARTIBVS ORTVS.

11 *Epitaph.* (CA...

QVISQVIS POST MVNDVM AETHERIAS CONSCENDERE PLA...
POSSE PVTAT IVSTOS MARCELLINVM QVOQVE CREDAT
PRESBITERVM CAELI SEDES HABITARE QVIETAS
NAM RECTIS CASTVM GESSIT SVB MORIBVS AEVVM
RELLIGIONE PIVS BESSORVM IN PARTIBVS ORTVS
ET GEMINA VITAM FELIX AETATE PEREGIT.

1 *Epith.*
SANCTORVM GREMIIS COMMENDAT MARIA CORPVS
CASTA GRAVIS SAPIENS CLEMENS MODERATA QVIETA
CLARAM SVBLIMIS FVDIT QVAM PARTVS IN AVRAS
SED PLACITVRA DEO GENERIS SVPERAVIT HONOREM
HAEC NON MORTALES SED VIRGINITATIS AMORE
AETERNOS SORTITA TOROS XPIQVE PETIVIT
PERPETVAM LVCEM NVLLO QVAE FINE TENETVR
TERTIVS ET DECIMVS GAVDENS HANC VIDERAT ANNVS
COMPOSVIT CORPVS CAELVM CVM LAETA PETIVIT
TEXERAT HAEC SACROS CASTO VELAMINE CRINES
SED XPM FESTINA PETIT MVNDVMQVE RELIQVIT.

2 *Epith. civit. Ivreiæ.*
MARTYRIBVS DNI ANIMAM CORPVSQVE TVENDO
GRATIA COMMENDANS TVMVLO REQVIESCIT IN ISTO
SILVIVS HIC PLENO CVNCTIS DILECTVS AMORE
PRESBYTER AETERNAE QVÆRENS QVI PRAEMIA VITAE
HOC PROPRIO SVMPTV DIVINO MVNERE DIGNVS
AEDIFICAVIT OPVS SANCTORVM PIGNORA CONDENS
PRAESIDIO MAGNO PATRIAM POPVLVMQVE FIDELEM
MVNIVIT TANTIS FIRMANS CVSTODIBVS VRBEM
SVSTVLIT HVNC LAETVM MVNDO LONGAEVA SENECTVS
AETERNVM VITAE AETAS MATVRAQVE LVIT.

3 *Epitaph. in porticu S. Petri.*
SIS LICET IN NVMEROS SOBOLES SVSCEPTA PIORVM
MVNDA QVOD EX OMNI CRIMINE VITA FVIT
ISTA TAMEN MISEROS NEQVEVNT SATIARE PARENTES
NEC DOLOR ORBATI FIT RATIONE MINOR
NAM CVM PARVA IOCVM NIL PRAETER QVAERERET AE-
IN TE IVS PROPRIVM PERDIDIT OMNE SVVM (TAS
ADMIRANDA LOQVOR QVIS AVTEM CREDERE POSSIT
SOLATIO MATRI TV QVOQVE MATER ERAS
VIVERE ME CERTE LIBVIT DVM VIVERIS IPSA
SED MODO MORTE TVA MORS MIHI SOLA PLACET.

4 *In altare S. Leonis primi Apostol.*
HVIVS APOSTOLICI PRIMVM EST HIC CORPVS HVMATVM
QVOD FORET ET TVMVLO DIGNVS IN ARCE PETRI.
HVNC VATVM PROCERVMQVE COHORS QVOS CERNIS AD-
MEMBRA SVB EGREGIA SVNT ADOPERTA DOMO (ESSE
SED DVDVM VT PASTOR MAGNVS LEO SEPTA GREGEMQVE
CHRISTICOLAM SERVANS IANITOR ARCIS ERAT
COMMONET E TVMVLO QVOD GESSERAT IPSE SVPERSTES
INSIDIANS NE LVPVS VASTET OVILE DEI
TESTANTVR MISSI PRO RECTO DOGMATE LIBRI
QVOS PIA CORDA COLVNT QVOS PRAVA TVRBA TIMET
RVGIIT ET PAVIDA STVPVERVNT CORDA FERARVM
PASTORISQVE SVI IVSSA SEQVVNTVR OVES
HIC TAMEN EXTREMO IACVIT SVB MARMORE TEMPLI
QVEM IAM PONTIFICVM PLVRA SEPVLCRA CELANT
SERGIVS ANTISTES DIVINO IMPVLSVS AMORE
NVNC IN FRONTE SACRAE TRANSTVLIT INDE DOMVS
EXORNANS RVTILVM PRETIOSO MARMORE TVMBVM
IN QVO POSCENTES MIRA SVPERNA VIDENT
ET QVIA PRAEMICVIT MIRIS VIRTVTIBVS OLIM
VLTIMA PONTIFICIS GLORIA MAIOR ERIT

5 *
SOLVERE QVI POTVIT CAELO TERRAQVE LIGATA
CRIMINA FONTE SACRO RENOVAT MORTALIA MEMBRA
HAEC DOMVS EST FIDEI MENTES VBI SVMMA POTESTAS
LIBERAT ET SANCTO PVRGATOS FONTE TVETVR.

6 *
THEODOSIVS CAEPIT PERFECIT HONORIVS AVLAM
DOCTORIS MVNDI SACRATAM CORPORE PAVLI
PLACIDIAE PIA MENS OPERIS DECVS OMNE PATERNI
GAVDET PONTIFICIS STVDIO SPLENDERE LEONIS.

7 *
VIRGO MARIA TIBI XYSTVS NOVA TECTA DICAVIT
DIGNA SALVTIFERO MVNERA VENTRE TVO
TV GENITRIX IGNARA VIRI TE DENIQVE FAETA
VISCERIBVS SALVIS EDITA NOSTRA SALVS
ECCE TVI TESTES VTERI SIBI PRAEMIA PORTANT
SVB PEDIBVSQVE IACET PASSIO CVIQVE SVA
FERRVM FLAMMA FERAE FLVVIVS SAEVVMQVE VENENVM
TOT TAMEN HAS MORTES VNA CORONA MANET.

8 *
IANITOR ANTE FORES FIXIT SACRARIA PETRVS
QVIS NEGET HAS ARCES INSTAR ET ESSE POLI
PARTE ALIA PAVLI CIRCVNDANT ATRIA MVROS
HOS INTER ROMA EST HIC SEDET ERGO DEVS.

9 *
LONGA LICET TE CARE PATER SVBTRAXERIT AETAS
ATTAMEN ILLA MIHI PLVS CVPIENDA FORET
SAEPIVS INLVXIT MERITIS TVA VITA LABORVM
ET COMMISSA DIV PVBLICA CVRA TIBI
SVMPSISTI ILLVSTREM SED IAM GRANDAEVVS HONOREM
ANTIQVO FACTVS MORE SENATOR ERAS
CERNERE LONGINQVAE MERVISTI PRAEMIA LVCIS
DISPOSITAM CERTVS LINQVERE TE SOBOLEM
ADFVIT IN CVNCTIS PATRIA INDVLGENTIA PROLI
TE TAMEN HEV SOLVM FLEMVS ABESSE PATREM.

10 *
INNOVAT ANTIQVVM MELIOR PICTVRA DECOREM
SANCTORVM MERITIS FRONS REPARATA MICAT
PESTES BELLA FAMEM INSIDIAS CASVSQVE NEFANDOS
ERECTA OMNIPOTENS ARCET AB VRBE MANV.

11 *
ADMITTI AD CAELOS MORTALIA CORPORA CREDAS
SVB PEDIBVS DNI DVM PIA PORTA PATET
SIC OCVLIS HOMINVM XPO PRAESTATVR IMAGO
NAM VERVM SOLA CERNERE MENTE LICET.

12 *
NVNC CAELO EST SIMILIS NVNC INCLYTA ROMA VERE
CVIVS CLAVSTRA DOCENT INTVS INESSE DEVM
ASPICITE TVMVLVM DIGNIS EX SORTE DICATVM
QVEM CLARA RETINENT MEMBRA DIGNAQVE PROPAGO
QVEM MONSTRAT MVLTIS GENITORVM IVRE SENATVS
ET CLARVS MERITO ACCEDENS RITE IOHANNES
QVEM ORDO CLERI PRIMVM EXTOLLIT IN VRBE
QVEM PAPAE RECTVM PROBAVERVNT ATQVE FIDELEM
TESTATVR ROMAE POPVLVS OMNISQVE SACERDOS
QVI DIGNE FVNCTVS REQVIESCIT SORTE LOCATVS

13 *
HIC FVROR HOSTILIS TEMPLVM VIOLAVIT INIQVVS
CVM PREMERET VALLO MAENIA SEPTA GETES
NVLLIVS HOC POTVIT TEMERARIA DEXTERA GENTIS
HAEC MODO PERMISSA EST QVOD PERITVRA FVIT
NIL GRAVAT HOC TVMVLO SANCTORVM PESSIMVS HOSTIS
MATERIAM POTIVS REPPERIT ALMA FIDES
IN MELIVS SIQVIDEM REPARATO FVLGIT HONORE
CVM SCELERE HOSTILI CREVIT AMOR TVMVLIS
SVSCIPE NVNC GRATVS DEVOTAE MVNERA MENTIS
DIOGENES MARTYR CVI DEDIT ISTA VOLENS
QVISQVIS AD HOC TEMPLVM PETITVRVS DONA RECVRRIS
SPES SIBI SIT LARGA EST MVNERE VERA FIDES.

*

1 MARTYRIS HIC MAVRI TVMVLVS PIA MEMBRA RETENTAT
QVEM DAMASVS RECTOR LONGO POST TEMPORE PLEBIS
ORNAVIT SVPPLEX CVLTV MELIORE DECORANS
INSONTEM PVERVM CVI POENA NVLLA DEIECTI.

*

2 VIRGINIS HIC TENERAE LECTOR MISERERE SEPVLCRO
VNIVS HVIC LVSTRI VIX FVIT ARTA DIES
O QVAM LONGINQVAE FVERAT DIGNISSIMA VITAE
HEV CVIVS VIVIT NVNC SINE FINE DOLOR
ADDAMVS MERITIS LACRIMAS TAM MORTIS ACERBÆ
NAM QVÆ GRATA FORENT SVNT MODO FLENDA DIV
HÆC THEODORAE HABVIT NOMEN QVÆ GAVDIA MATRIS
PERCVLIT ÆTERNO VVLVERE RAPTA CITO
SOLA TAMEN TANTI RESTANT SOLAMINA LVCTVS
QVOD TALES ANIMAE PROTINVS ASTRA PETVNT.

*

3 SANCTORVM QVICVNQVE LEGIS VENERARE SEPVLCRVM
NOMINA NEC NVMERVM POTVIT RETINERE VETVSTAS
ORNAVIT DAMASVS TVMVLVM COGNOSCITE RECTOR
PRO REDITV CLERI XPO PRAESTANTE TRIVMPHANS
MARTYRIBVS SANCTIS REDDIT SVA VOTA SACERDOS.

4 *Vitalis Mart. & S. Martialis. & S. Alexandri.*
DVM PERITVRA GETAE POSVISSENT CASTRA SVB VRBE
MOVERVNT SANCTIS BELLA NEFANDA PRIVS
ISTAQVE SACRILEGO VERTERVNT CORDE SEPVLCRA
MARTYRIBVS QVONDAM RITE SACRATA PIIS.
QVOS MONSTRANTE DEO DAMASVS SIBI PAPA PROBATOS
AFFIXO MONVIT CARMINE IVRE COLI
SED PERIIT TITVLVS CONFRACTO MARMORE SANCTVS
NEC TAMEN HIS ITERVM POSSE LATERE FVIT
DIRVTA VIGILIVS NAM MOX HAEC PAPA GEMESCENS
HOSTIBVS EXPVLSIS OMNE NOVAVIT OPVS.

5 *
PRAESVL APOSTOLICAE SEDIS VENERABILIS OMNI
QVEM REXIT POPVLO DECIMVM DVM CONDERET ANNVM
CAELESTINVS AGENS VITAM MIGRAVIT IN ILLAM
DEBITA QVAE SANCTIS AETERNOS REDDIT HONORES
CORPORIS HIC TVMVLVS REQVIESCVNT OSSA CINISQVE
NEC PERIT HINC ALIQVID DNO CARO CVNCTA RESVRGIT
TERRENVM NVNC TERRA TEGIT MENS NESCIA MORTIS
VIVIT ET ASPECTV FRVITVR BENE CONSCIA XPI.

6 *
MILITIAE NOMEN DEDERANT ALMVMQVE GEREBANT
OFFICIVM PARITER SPECTANTES IVSSA TYRANNI
PRAECEPTIS PVLSANTE METV SERVIRE PARATI
MIRA FIDES RERVM SVBITO POSVERE FVROREM
CONVERSI FVGIVNT DVCIS IMPIA CASTRA RELINQVVNT
PROIICIVNT CLYPEOS FALERAS ET TELA CRVENTA
CONFESSI GAVDENT CHRISTI PORTARE TRIVMPHOS
CREDITE PER DAMASVM POSSIT QVID GLORIA XPI.

7 *
TEMPORE QVO GLADIVS SECVIT PIA VISCERA MATRIS
SEXAGINTA DVO CAPTI FERITATE TYRANNI
EXTEMPLO DVCIBVS MISSIS TVNC COLLA DEDERE
CONFESSI XPM SVPERATO PRINCIPE MVNDI
AETHERIAM PETIERE DOMVM REGNVMQVE PIORVM.

8 *
PAVPER EXCESSV MELIVS NVNC ISTA RESVRGVNT
DIVITE SED VOTO PLVS PLACITVRA DEO
PLANGE TVVM GENS SÆVA NEFAS PERIERE FVRORES
CREVIT IN HIS TEMPLIS PER TVA DAMNA DECVS

9 *
MARTYRIS HIC SANCTI LIBERALIS MEMBRA QVIESCVNT
QVI QVONDAM IN TERRIS CONSVL HONORE FVIT
SED CREVIT TITVLIS FACTVS DE CONSVLE MARTYR
CVI VIVIT SEMPER MORTE CREATVS HONOR.
PLVS FVIT IRATO QVAM GRATO PRINCIPE FELIX
QVEM PERIMENS RABIDVS MISIT AD ASTRA FVROR
GRATIA CVI TRABEAS DEDERAT DEDIT IRA CORONAM
DVM XPO PROCEREM MENS INIMICA FACIT.
OBTVLIT HAEC DNO COMPONENS ATRIA FLORVS
VT SANCTOS VENERANS PRAEMIA IVSTA FERAT.

10 *
DISCITE QVID MERITI PRÆSTET PRO REGE FERIRI
FEMINA NON TIMVIT GLADIVM CVM NATVS OBIVIT
CONFESSA XPM MERVIT PER SÆCVLA NOMEN.

11 *
BALBILLA VOTVM DEBITVM REDDO TIBI.

12 *
HVNC QVOQVE TRISTES VENIVNT ET LÆTI RECEDVNT
NEC MIROR PVLCRVM FIERI QVOD XPS ADORAT.

13 *
ASTERIVS COMIS PICTORVM ET SYRA CVM SVIS VOTVM SOLVERE.

14 *
HIC VOTIS PARIBVS TVMVLVM DVO NOMINA SERVANT
CRYSANTI DARIAE NAM VENERANDVS HONOR.

15 *
MARTYRIS HAEC NEMESII SEDES PER SÆCVLA FLORENT
SERIOR ORNATV NOBILIOR MERITO
INCVLTAM PRIDEM DVBITATIO LONGA RELIQVID
SED TENVIT VIRTVS ADSERVITQVE FIDEM
EFFERA QVEM RABIES NEGLECTO IVRE SEPVLCRI
SANCTORVM TVMVLOS PRÆDA FVRENTIS ERAT.

16 *
LIBERIVM LECTOR MOX ET LEVITA SECVTVS
POST DAMASVM CLARVS TOTOS QVOS VIXIT IN ANNOS
FONTE SACRO MAGNVS MERVIT SEDERE SACERDOS
CVNCTIS VT POPVLIS PACEM TVNC SOLIDAM DARET
HIC PIVS HIC IVSTVS FELICIA TEMPORA FECIT
DEFENSOR MAGNVS MVLTOS VT NOBILES AVSVS
REGI SVBTRAHERET ECCLESIAE AVLA DEFENDENS
MISERICORS LARGVS MERVIT PER SÆCVLA NOMEN
TER QVINOS POPVLVM QVI REXIT IN ANNOS AMORE
NVNC REQVIEM SENTIT CAELESTIA REGNA POTITVS.

17 *
HERACLIVS VETVIT LAPSOS PECCATA DOLERE
EVSEBIVS MISEROS DOCVIT SVA CRIMINA FLERE
SCINDITVR IN PARTES POPVLVS GLISCENTE FVRORE
SEDET LOCA EDE BELLVM DISCORDIA LITES
EXEMPLO PARITER PVLSI FERITATE TYRANNI
INTEGRA CVM RECTOR SERVARET FOEDERA PACIS
PERTVLIT EXILIVM OMNINO SVB IVDICE LAETVS
LITORE TRINACRIO MVNDVM VITAMQVE RELIQVIT.

18 *
O SEMEL ATQVE ITERVM VERO DE NOMINE FELIX
QVI INTEMERATA FIDE CONTEMPTO PRINCIPE MVNDI
CONFESSVS XPM CAELESTIA REGNA PETISTI

O VERE PRETIOSA FIDES COGNOSCITE FRATRES
QVI AD CAELVM VICTOR PARITER PROPERAVIT ADAV- (CTVS
PRESBYTER IS VERVS DAMASO RECTORE IVBENTE
COMPOSVIT TVMVLVM SANCTORVM LIMINA ADORANS.

1 *

SVSCIPE FVNEREA PARENTVM CARMINA NATE
QVÆ TVA DEBVIT NOS TVMVLARE MANVS
O PATRIOS SVBITO FOEDASTI FVNERE VVLTVS
AETERNO IVGVLAS GLADIO CORDA MATRIS
VRIMVR ET PROPRIAS PERTVNDIS CORDE SAGITTAS
ET TVVS IN NOSTRA PECTORA REGNAT AMOR
GARRVLA CVM VENERIT NOBIS IN MENTE LOQVELLA
INCENDIS VARIOS VISCERA NOSTRA FOCOS
PVLCER IN ASPECTV LVDEBAS IN AVLA PARENTVM
CVNCTORVM GAVDENS BLANDVS AMATOR ERAS.
EHEV QVAM MISERAS CONTVNDIS OSSA SEPVLCRI
FIMBRIA PARENTVM ALTERA FLAMMA CREMAS
HÆC TIBI CARE FILI TRISTES FLENTESQVE PARENTES
LVCTIFICAS TVMVLO DANT TITVLOSQVE CVRAS.

2 *Sancti Saturnini.*

HORVM MARTYRVM CVLTORVM DAMASVS EPS SERVVS (DEI
SOLA NVNC XPI FVERAT CRARTA CINIS AN...
TEMPORE QVO GLADIVS SECVIT PIA VISCERA MATRIS
SANGVINE MVTAVIT PATRIAM NAMQVE GENVSQVE
ROMANVM CIVEM SANCTORVM FECIT ORIGO
MIRA FIDES RERVM DOCVIT POST EXITVS INGENS
CVM LACERAT PIA MEMBRA FREMIT GRATIANVS VT HOSTES
POSTEAQVAM FELLIS VOMVIT CONCEPTA VENENA
COGERE NON POTVIT XPM TE SANCTE NEGARE
IPSE TVIS PRECIBVS MERVIT CONFESSVS ABIRE
SVPPLICIS HÆC DAMASI VOX EST VENERARE SEPVLCRVM
SOLVERE VOTA LICET CASTASQVE EFFVNDERE PRECES
SANCTI SATVRNINI TVMVLVS QVIA MARTYRIS HIC EST.

3 *S. Marcelli Martyris.*

VERIDICVS RECTOR LAPSOS QVIA CRIMINA FLERE
PRÆDIXIT MISERIS FVIT OMNIBVS HOSTIS AMARVS
HINC FVROR HINC ODIVM SEQVITVR DISCORDIA LITES
SEDITIO CÆDES SOLVVNTVR FOEDERA PACIS
CRIMEN OB ALTERIVS XPM QVI IN PACE NEGAVIT
FINIBVS EXPVLSVS PATRIÆ EST FERITATE TYRANNI
HÆC BREVITER DAMASVS VOLVIT COMPERTA REFERRE
MARCELLI POPVLVS MERITVM COGNOSCERE POSSET.

4 *S. Agnæ Mart (producitur à Baronio in Annalibus.)*

AVREA CONCISIS SVRGIT PICTVRA METALLIS
ET COMPLEXA SIMVL CLAVDITVR IPSA DIES
FONTIBVS E NIVEIS CREDAS AVRORA SVBIRE
CORREPTAS NVBES RORIBVS ARVA RIGANS;
VEL QVALEM INTER SIDERA LVCEM PROFERET IRIM
PVRPVREVSQVE PAVO IPSE COLORE NITENS
QVI POTVIT NOCTIS VEL LVCIS REDDERE FINEM
MARTYRVM E BVSTIS HVIC REPPVLIT ILLE CHAOS
SVRSVM VERSA NVTV QVOD CVNCTIS CERNITVR VNO
PRÆSVL HONORIVS HÆC VOTA DICATA DEDIT
VESTIBVS ET FACTIS SIGNANTVR ILLIVS ORA
LVCET ET ASPECTV LVCIDA CORDA GERENS

5 *

VIRGINIS AVLA MICAT VARIIS DECORATA METALLIS
SED PLVS NAMQVE NITET MERITIS FVLGENTIOR AMPLIS.

6 *

QVAMQVAM PATRICIO CLARVS DE GERMINE CONSVL
INLVSTRES TRABEAS NOBILITATE TVAS
PLVS TAMEN AD MERITVM CRESCIT QVOD MORTE BE- (ATA
MARTYRIS EFFVSO SANGVINE NOMEN HABES
ADIVNCTVSQVE DEO TOTA QVEM MENTE PETISTI
ADSERTOR XPI SIDERA IVRE COLES
SIT PRECOR ACCEPTVM QVOD POST DISPENDIA BELLI
IN MELIVS FAMVLVS RESTITVERE FLORVS.

7 *

SIRICIVS PIA NVNC PERSOLVIT MVNERA SANCTI
GRATIA QVO MAIOR SIT BONA MARTYRIBVS
OMNIPOTENS DEVS HVNC CONSERVET TEMPORE MVLTO
MOENIA SANCTORVM QVI NOVA RESTITVIT.

8 *

HIC POSITVS CÆLI TRANSCENDIT CVLMINA PAVLI
CVI DEBET TOTVS QVOD XPO CREDIDIT ORBIS

9 *

EXTREMO TVMVLVS LATVIT SVB AGGERE MONTIS
HVNC DAMASVS MONSTRAT SERVAT QVOD MEMBRA
TE PROTVM RETINET MELIOR SIBI REGIA CÆLI (PIORVM
SANGVINE PVRPVREO SEQVERIS YACINTHE PROBATVS
GERMANI FRATRES ANIMIS INGENTIBVS AMBO
HIC VICTOR MERVIT PALMAM PRIOR ILLE CORONAM.

10 *

HOC TVMVLO SACRATA DEO NVNC MEMBRA QVIESCVNT
HIC SOROR EST DAMASI NOMEN SI QVÆRIS IRENÆ
VOVERAT HÆC SESE XPO CVM VITA MANERET
VIRGINIS VT MERITVM SANCTVS PVDOR IPSE PROBARET
BIS DENAS HIEMES NEC DVM COMPLEVERAT AETAS
EGREGIOS MORES VITAE PRAECESSERAT AETAS
PROPOSITVM MENTIS PIETAS VENERANDA PVELLÆ
MAGNIFICOS FRVCTVS DEDERAT MELIORIBVS ANNIS
TE GERMANA SOROR NOSTRI NVNC TESTIS AMORIS
CVM FVGERET MVNDVM DEDERAT MIHI PIGNVS HONESTVM
QVEM SIBI CVM RAPERET MELIOR TVNC REGIA CAELI
NON TIMVI MORTEM CÆLOS QVOD LIBERA ADIRET
SED DOLVI FATEOR CONSORTIA PERDERE VITÆ
NVNC VENIENTE DEO NOSTRI REMINISCERE VIRGO
VT TVA PER DM PRÆSTET MIHI FACVLA LVMEN.

11 *

HIC CONGESTA IACET QVAERIS SI TVRBA PIORVM
CORPORA SANCTORVM RETINENT VENERANDA SEPVLCRA
SVBLIMES ANIMAS RAPVIT SIBI REGIA CAELI
HIC COMITES XYSTI PORTANT QVI EX HOSTE TROPÆA
HIC NVMERVS PROCERVM SERVAT QVI ALTARIA XPI
HIC POSITVS LONGA VIXIT QVI IN PACE SACERDOS
HIC CONFESSORES SANCTI QVOS GRÆCIA MISIT
HIC IVVENES PVERIQVE SENES CASTIQVE NEPOTES
QVIS MAGE VIRGINEVM PLACVIT RETINERE PVDOREM
HIC FATEOR DAMASVS VOLVI MEA CONDERE MEMBRA
SED CINERES TIMVI SANCTOS VEXARE PIORVM.

12 *

HIC HABITASSE PRIVS SANCTOS COGNOSCERE DEBES
NOMINA QVISQVE PETRI PARITER PAVLIQVE REQVIRIS
DISCIPVLOS ORIENS MISIT QVOD SPONTE FATEMVR
SANGVINIS OB MERITVM XPM PER ASTRA SECVTI
AETHERIOS PETIERE SINVS REGNAQVE PIORVM
ROMA SVOS POTIVS MERVIT DEFENDERE CIVES
HAEC DAMASVS VESTRAS REFERAT NOVA SIDERA LAV- (DES

13 *

EVTYCHIVS MARTYR CRVDELIA IVSSA TYRANNI
CARNIFICVMQVE VIAS PARITER TVNC MILLE NOCENDI
VINCERE QVOD POTVIT MONSTRAVIT GLORIA XPI
CARCERIS INLVVIEM SEQVITVR NOVA POENA PER ARTVS

TESTA-

TESTARVM FRAGMENTA PARANT NE SOMNVS ADIRET
BISSENI TRANSIERE DIES ALIMENTA NEGANTVR (QVIS
MITTITVR IN BARATRVM SANCTVS LAVAT OMNIA SAN-
VVLNERA QVÆ TVLERAT TVRBANT INSOMNIA MENTEM
OSTENDIT LATEBRA INSONTIS QVÆ MEMBRA TENERET
QVÆRITVR INVENTVS COLITVR FOVET OMNIA PRÆSTAT
EXPRESSIT DAMASVS MERITVM VENERARE SEPVLCRVM.

*

1
GAVDET PONTIFICIS STVDIO SPLENDERE LEONIS
PLACIDIÆ PIA MENS OPERIS DECVS OMNE PATER
DEMOVIT DOMINVS TENEBRAS VT LVCE CREATA
HIS QVONDAM LATEBRIS SIC MODO FVLGVR INEST
ANGVSTOS ADITVS VENERABILE CORPVS HABEBAT
HVC VBI NVNC POPVLVM LARGIOR AVLA CAPIT
ERVTA PLANICIES PATVIT SVB MONTE RECISA
ESTQVE REMOTA GRAVI MOLE RVINA MINAX
PRÆSVLE PYLAGIO MARTYR LAVRENTIVS OLIM
TEMPLA SIBI STATVIT TAM PRETIOSA DARI
MIRA FIDES CLAVDIVS HOSTILES INFERET IRAS
PONTIFICEM MERITIS NEC CELEBRASSE SVIS
TV MODO SANCTORVM CVI CRESCERE CONSTAT HONO-
FAC SVB PACE COLI TECTA DICATA TIBI (RES
MARTYRIVM FLAMMIS OLIM LEVITA SVBISTI
IVRE TVIS TEMPLIS LEX VENERANDA REDIT.

*

2
OMNIA QVAEQVE VIDES PROPRIO QVÆSITA LABORE
CVM MIHI GENTILIS IAMDVDVM VITA MANERET
INSTITVI CVPIENS CENSVM COGNOSCERE MVNDI
IVDICIO POST MVLTA DEI MELIORA SECVTVS
CONTEMPTIS OPIBVS MALVI COGNOSCERE XPM
HÆC MIHI CVRA FVIT NVDOS VESTIRE PETENTES
FVNDERE PAVPERIBVS QVIDQVID CONCESSERAT ANNVS
PSALLERE ET IN POPVLIS VOLVI MODVLANTE PROPHETA
SIC MERVI PLEBEM XPI RETINERE SACERDOS.

*

3
HIC LEVITA IACET DIONYSIVS ARTIS HONESTAE
FVNCTVS ET OFFICIO QVOD MEDICINA DEDIT
HVIVS DOGMA MANVS FAMÆ DVLCEDINE CAPTA
DISPEXIT PRETII SORDIDA LVCRA SEQVI
SÆPE SALVTIS OPVS PIETATIS MVNERE IVVIT
DVM REFOVET TENVES DEXTERA LARGA VIROS
OBTVLIT ÆGROTIS VENIENTIBVS OMNIA GRATIS
INPLEVIT FACTVS QVOD DOCVIT MONITIS
LAVDIBVS ÆTHERIIS FAMVLATVS MENTE FIDELI
DESTITIT ILLICITIS ACTIBVS ESSE REVS
AMISSIS OPIBVS ROBVR NON PERDIDIT VLLVM
QVO PATIENS PRÆDÆ TEMPORE DIVES ERAT
ARS VENERANDA FIDEM FIDEI DECVS EXTVLIT ARTEM
HÆC STVDII TITVLOS ALTERA MENTIS HABET
CIVIBVS AC SOCIIS QVALIS FVIT INDE PROBATVR
QVEM POTVIT VICTOR HOSTIS AMARE SVVS
POSTQVAM ROMANA CAPTVS DISCESSIT AB VRBE
MOX SIBI IAM DNS SVBDIDIT ARTE GETAS
OS CERVIS MANIBVS VITTAM COMMITTERE FECIT
QVORVM MORTIFEROS PERTVLIT ANTE METVS.

4
*

ACCIPE TAM LONGAS BREVIS O SCRIPTVRA QVERELLAS
QVA DVRO SILICI VVLNERA MANDO MEA
HEV IACET HIC PARS MAGNA MEI HEV TRISTE CVBILE
QVO SINE ME HRODINE LVMINE NVDA IACES
O LVX CLARA TVO MENS VNA ET CVRA MARITO
NVNC DOLOR ET LACRIMÆ SOLA RELICTA MIHI.

5
*

HVNC MIHI COMPOSVIT TVMVLVM LAVRENTIA CONIVX
MORIBVS APTA MEIS SEMPER VENERANDA FIDELIS
INVIDIA INFELIX TANDEM COMPRESSA QVIESCIT
OCTOGINTA LEO TRANSCENDIT EPISCOPVS ANNOS.

6
*

HOC TVMVLO BAIOLI CONDVNTVR MEMBRA SEPVLTI
SED POLLENS ANIMA PRÆCLARO REMEAVIT OLYMPO
MERVIT PONTIFICVM QVI PRIMVS VESTIARIVS ESSE
QVEM SERVATOR POLI REDIMIVIT STOLA PERENNI
HAEC DECEROSVS AMICI DEPINXIT IN VERTICE TYMBÆ
ACOLOTHVS NE LATEAT QVIS HIC HVMATVS QVIESCAT.

7
*

OCCIDIS INFELIX VIRIDI SVB FLORE IVVENTÆ
PVRPVREVSQVE NITOR QVAM BREVIS EVANVIT
VIXIMVS ET MVTVVM QVODCVNQVE EXEGIMVS ÆVO
NAM TECVM RHODINE GAVDIA NOSTRA IACENT
ÆTERNVM IN PACEM VNDE ERAT ET REDIIT
HVNC TVMVLVM FECIT DIONYSIVS ISTE QVIS AT ME
SI QVÆRIS CONIVX CETERA VIVE VALE.

8
*

PRÆFIXO MORIENS NATVRAE MVNERE FVNCTVS
HIC MEA TICRINVS PRESBYTER OSSA LOCO.
SEDIBVS EN PROPRIIS MENS PVRA ET MEMBRA QVIES-
ISTA IACENT TVMVLO GAVDET AT ILLA POLO. (CVNT
PONO METVM DE FINE MEO SPES VNA SALVTIS
NAM MIHI FIT XS QVO DVCE MORS MORITVR
QVIPPE EGO COELESTIS CAPTVS DVLCEDINE REGNI
DIVERSIS REPARO TECTA SACRATA LOCIS
CVLMINA QVÆ HIC LAPSIS TRABIBVS TOTVMQ. NOVANDO
PROMERVI SVPERAS LAETIOR IRE DOMVS.

9
*

PRESBITER HIC VOLVIT SISSINVS PONERE MEMBRA
OMNIBVS ACCEPTVS POPVLIS DIGNVSQVE SACERDOS
QVI SCIRET SANCTAE SERVARE FOEDERA MATRIS
BLANDVS AMORE DEI SEMPER QVI VIVERE NOSSET
CONTENTVSQVE SVO NESCIRET DIVITIS AVLAM.

10
*

IAM DVDVM QVOD FAMA REFERT TE GRAECIA MISIT
SANGVINE MVTASTI PATRIAM CIVEMQVE FRATREM
FECIT AMOR LEGIS SANCTO PRO NOMINE PASSVS
INCOLA NVNC DNI SERVAS QVI ALTARIA XPI
VT DAMASI PRECIBVS FAVEAS PRECOR INCLYTE MARTYR.

11
*

ASPICE DESCENSVM CERNES MIRABILE FACTVM
SANCTORVM MONVMENTA VIDES PATEFACTA SEPVLCRIS
MARTYRIS HIC PROTI TVMVLVS IACET ATQVE IACINTHI
QVEM CVM IAMDVDVM TEGERET MONS TERRA CALIGO
HOC THEODORVS OPVS CONSTRVXIT PRESBITER INSTANS
VT DNI PLEBEM OPERA MAIORA TENERENT.

12
*

VITA FVIT MARCI QVAM NOVIMVS OMNES
ORE DEI POSSET QVI TEMNERE MVNDVM
ORAVIT POPVLVS QVOD DISCERET OMNIS
HONOR VITAE GRANDIS CONTEMPTVS HABENDI
VIRTVS TENVIT PENETRALIA CORDIS
TE CVSTOS XPI PERFECTVS AMICVS
ET DAMASVS TVMVLVM CVM REDDIT HONOREM
HIC MARCVS MARCI VITA FIDE NOMINE CONSORS
ET MERITIS

13
*

TEMPORE QVO GLADIVS SECVIT PIA VISCERA MATRIS
HIC POSITVS RECTOR CAELESTIA IVSSA DOCEBAM

ADVENIVNT SVBITO RAPIVNT QVI FORTE SEDENTEM
MILITIBVS MISSIS POPVLI TVNC COLLA DEDERE
MOX SIBI COGNOVIT SENIOR QVIS TOLLERE VELLET
PALMAM SEQVE SVVMQVE KAPVT PRIOR OPTVLIT IPSE
INPATIENS FERITAS POSSET NE LÆDERE QVENQVAM
OSTENDIT XPS REDDIT QVI PRÆMIA VITÆ
PASTORIS MERITVM NVMERVM GREGIS IPSE TVETVR.

1 *

SANCTVS AB OFFICIO VITA GRAVIS INDOLE PRISCVS
SÆCVLVS ATONITVS LEGIS PRÆCEPTA SECVTVS
NOBILIBVS GRATVS QVORVM MAGIS AVCTOR AMICI
CARMINE LVCTIFICO DECORAT DE MORE SVPREMA
DIACONVS HIC TICRIDA TVMVLO CVSTODE FOVETVR
STRINGE DOLOR LACRIMAS QVÆRIS PLEBS SANCTA RE-
LEVITAM SVBITO RAPVIT SIBI REGIA COELI (DEMPTVM
DVLCIA NECTAREO PROMEBAT MELLA CANORE
PROPHETAM CELEBRANS PLACIDO MODVLAMINE SENEM
HÆC FVIT INSONTIS VITA LAVDATA IVVENTVS
INVIDIA INFELIX TANDEM CONPRESSA QVIESCIT
NVNC PARADISVS HABET SVMSIT QVI EX HOSTE TROPÆA.

2 *

PAR MERITVM QVICVNQVE LEGIS COGNOSCE DVORVM
QVIS DAMASVS RECTOR TITVLOS POST PREMIA REDDIT
IVDAICVS POPVLVS STEPHANVM MELIORA MONENTEM
PERCVLERAT SAXIS TVLERAT QVI EX HOSTE TROPÆVM
MARTYRIVM PRIMVS RAPVIT LEVITA FIDELIS
TARSICIVM SANCTVM CHRISTI SACRAMENTA GERENTEM
CVM MALE SANA MANVS PERICRET PVLGARE PROFANIS
IPSE ANIMAM POTIVS VOLVIT DIMITTERE CÆSVS
PRODERE QVAM CANIBVS RABIDIS CÆLESTIA MEMBRA.

3 *

VIRGO PARENS HAC LVCE DEVMQVE VIRVMQVE CREA-
GNARA PVERPERII NESCIA CONIVGII (VIT
OBTVLIT HÆC IVSSIS VTERVM DOCVITQVE FVTVROS
SOLA CAPAX XPI QVOD QVEAT ESSE FIDES
CREDIDIT ET TVMVIT VERBVM PRO SEMINE SVMSIT
SÆPSERVNT MAGNVM PARVVLA MEMBRA DEVM
FIT FABRICATOR OPVS SERVI REX INDVIT ARTVS
MORTALEMQVE DOMVM VIVIFICATOR HABET
IPSE SATOR SEMENQVE SVI MATRISQVE CREATOR
FILIVS IPSE HOMINIS QVI PATER EST HOMINVM
AFFVLSIT PARTVS LVCEM LVX NOSTRA PETIVIT
HOSPITII LINQVENS HOSTIA CLAVSA SVI
VIRGINIS ET MATRIS SERVATVR GLORIA CONSORS
MATER DANS HOMINEM NOSCERE VIRGO DEVM
VNIVS COLITVR DVPLEX SVBSTANTIA NATI
VIR DEVS HÆC DVO SVNT VNVS VTRVMQVE TAMEN
SPS HVIC GENITORQVE SVVS SINE FINE COHERENT
TRIPLICITAS SIMPLEX SIMPLICITASQVE TRIPLEX
BIS GENITVS SINE MATRE OPIFEX SINE PATRE REDEM-
AMPLVS VTRISQ. MODIS AMPLIOR VNDE MINOR (PTOR
SIC VOLVIT NASCI DOMVIT QVI CRIMINA MVNDI
ET MORTEM IVSSIT MORTVVS IPSE MORI
NOSTRAS ILLE SVO TVEATVR NOMINE VITAS
PROTEGAT ILLE TVVM GREGORI PRÆSVLEM GENVS.

4 *

HIS SOLIDATA FIDES HIS EST TIBI ROMA CATENIS
PERPETVATA SALVS HARVM CIRCVNDATA NEXV
LIBERA SEMPER ERIS QVID ENIM NON VINCVLA PRÆ-
QVÆ TETIGIT QVI CVNCTA PT ABSOLVERE VINCTA (STENT
HAEC INVICTA MANV VEL RELEGIOSA TRIVMPHO
MAENIA NON VLLO PENITVS QVATIENTVR AB HOSTE
CLAVDIT ITER BELLIS QVI PORTAM PANDIT IN ASTRIS.

5 *

CONSPECTVS PROPERANTER AQVIS ARDESCERE CEPIT
EVNVCHI FECVNDA FIDES QVIESCIT EMERSVS.

6 *

THEODOSIVS PATER EVDOCIA CVM CONIVGE VOTVM
CVMQVE SVO SVPPLEX EVDOXIA NOMINE SOLVIT.

7 *

CEDE PRIVS NOMEN NOVITATI CEDE VETVSTAS
REGIA LAETANTER VOTA DICARE LIBET
HAEC PETRI PAVLIQVE SIMVL NVNC NOMINE SIGNO
XYSTVS APOSTOLICAE SEDIS HONORE FRVENS
VNVM QVAESO PARES VNVM DVO SVMITE MVNVS
VNVS HONOR CELEBRAT QVOS HABET VNA FIDES
PRESBITERI TAMEN HIC LABOR EST ET CVRA PHILIPPI
POSTQVAM EFFESI XPS VICIT VTRIQVE POLO
PRAEMIA DISCIPVLIS MERVIT VINCENTE MAGISTRO
HANC PALMAM FIDEI RETTVLIT INDE SENEX.

8 *

LATIOR PROCVBVIT PALVS CERVICE SECVNDA
CVI CAPVT EST XPS DESPICIT IPSE SVVM
PRAEMIA SANCTA VIRI MERITIS TITVLATA BEATI
LINGVA TACE VOTIS PRAECIPITATA PIIS
MVLTA LOQVI POTERAS SI NOSTI CVNCTA REFERRE
SED QVIA NON NOSTI PARVA TAMEN MEMINIS
HIC VIR AVARITIAE SVBLIMIBVS ORE TROPAEIS
DEIECIT MVRVM PLVS IACVLANTE MANV
IVSTITIAE CVSTOS VIRTVTIS CVLTOR ALVMNAE
IVDICIO RECTVS IVDICIOQVE PIVS
PLENVS AMORE DEI PLENVS QVOQVE AMORE PROPINQVI
MANDATVM SVPPLENS ACTIBVS AC MERITIS
MVNDIVAGIS PENITVS NVLLIS INLECTVS ABENIS
NEC TIMVIT QVENQVAM PRO PIETATE LOQVI
VERIDICVS PATIENS IVSTVS MISERATOR ET AEQVVS
DIVITIIS REGNANS PAVPERE CORDE PIIS
PARVVLVS INTEREA PETRI NVTRITVS OVILI
PRIMVS HONORERII PRESBITER ENITVIT
DEFVIT IN SACRVM QVICQVID SI CONTIGIT ILLVM
IGNORARE NOVVM VEL VETVS ELOQVIVM
VITA SEPVLTA IACES SANCTIS STELLATA TRIVMPHIS
VIVE SEPVLTVRIS VITA BEATA TVIS
HOC TIBI PLEBS XPI MVTVO PRO MVNERE CARMEN
OBTVLIT EGREGIE VIR PROBITATIS APEX.

9 *

AVLA TRINITATIS HÆC EST MATER INNOCENS
SQVALIDA QVI SACRIS PECTORA MVNDAT AQVIS
VIVIT IN AETERNVM DE NOMINE FAMA VETVSTO
QVI NEC CVLMINIBVS FVLGENT LAQVEARIA TECTIS.

10 *

CVLMEN APOSTOLICVM CVM CAELESTINVS HABERET.
PRIMVS ET IN TOTO FVLGERET EPISCOPVS ORBE
HÆC QVÆ MIRARIS FVNDAVIT PRESBITER VRBIS
ILLYRICA DE GENTE PETRVS VIR NOMINE TANTO
DIGNVS AB EXORTV CHRISTI NVTRITVS IN AVLA
PAVPERIBVS LOCVPLEX SIBI PAVPER QVI BONA VITAE
PRAESENTIS FVGIENS MERVIT SPERARE FVTVRAM.

11 *

CVLMEN OPES SOBOLEM POLLENTIA REGNA TRIVMPHOS
EXVBIAS PROCERES MAENIA CASTRA LARES
QVAEQVE PATRVM VIRTVS ET QVAE CONGESSERAT IPSE
CAEDOAL ARMIPOTENS LINQVIT AMORE DEI.

VT PETRVM SEDEMQVE PETRI REX CERNERET HOSPES
CVIVS FONTE MERAS SVMERET ALMVS AQVAS
SPLENDIFICVMQVE IVBAR RADIANTI CARPERET HAVSTV
EX QVO VIVIFICVS FVLGOR VBIQVE FLVIT
PERCIPIENSQVE ALACER REDIVIVÆ PREMIA VITÆ
BARBARICAM RABIEM NOMEN ET INDE SVVM
CONVERSVS CONVERTIT OVANS PETRVMQVE VOCARI
SERGIVS ANTISTES IVSSIT VT IPSE PATER
FONTE RENASCENTIS QVEM XPI GRATIA PVRGANS
PROTINVS ALBATVM VEXIT IN ARCE POLI
MIRA FIDES REGIS CLEMENTIA MAXIMA XPI
CVIVS CONSILIVM NVLLVS ADIRE POTEST
SOSPES ENIM VENIENS SVPPREMI EX ORBE BRITANNI
PER VARIAS GENTES PER FRETA PERQVE VIAS
VRBEM ROMVLEAM VIDIT TEMPLVMQVE VERENDVM
ASPEXIT PETRI MYSTICA DONA GERENS
CANDIDVS INTER OVES XPI SOCIABILIS IBIT
CORPORE NAM TVMVLVM MENTE SVPERNA TENET
COMMVTASSE MAGIS SCEPTRORVM INSIGNIA CREDAS
QVEM REGNVM XPI PROMERVISSE VIDES.

*

1

SVSCIPE TERRA TVO CORPVS DE CORPORE SVMPTVM
REDDERE QVOD VALEAS VIVIFICANTE DEO
SPS ASTRA PETIT LOETI NIL IVRA NOCEBVNT
CVI VITÆ ALTERIVS MORS MAGIS IPSA VIA EST
PONTIFICIS SVMMI HOC CLAVDVNTVR MEMBRA SEPVLCRO
QVI INNVMERIS SEMPER VIVIT VBIQVE BONIS
ESVRIEM DAPIBVS SVPERAVIT FRIGORA VESTE
ATQVE ANIMAS MONITIS TEXIT AB HOSTE SACRIS
IMPLEBATQVE ACTV QVICQVID SERMONE DOCEBAT
ESSET VT EXEMPLVM MYSTICA VERBA LOQVENS
AD XPM ANGLOS CONVERTIT PIETATE MAGISTRA
ADQVIRENS FIDEI AGMINA GENTE NOVA
HIC LABOR HOC STVDIVM HÆC TIBI CVRA HOC PASTOR
VT DNO OFFERRES PLVRIMA LVCRA GREGIS (AGEBAS
HISQVE DEI CONSVL FACTVS LÆTARE TRIVMPHIS
NAM MERCEDEM OPERVM IAM SINE FINE TENES.

*

2

SIDERA ME RETINENT NIL ME MORS IMPIA TERRET
AD VITAM REDII QVÆ SINE FINE MANET
FATORVM SERIEM FELICI SORTE PEREGI
CVRRICVLVM VITAE SVMMA FVIT REQVIES.

*

3

AVCTOR PACIS ERAM FIDEI DILECTVS AMATOR
IVSTITIÆ CVSTOS PLVS PIETATE BONVS.

*

4

QVID FATIS LICEAT QVID SECVLA CVNCTA REPOSCANT
HOC MORS SOLA DOCET QVÆ SVA LEGE VENIT
NIL SVB VITA DIV BREVE FIT QVOD MORTE TENETVR
SED QVI VIGET MERITIS NON HT ILLE FINEM
CARCERIS HVMANI SORS EST QVÆ CLAVSTRA RESOLVIT
NEC RETINET ANIMAM DVM SVA LVCE VIVIT
MORIBVS HIC CONSTANS MAGIS PIETATE SEVERVS
IVSTITIÆ CVLTOR NOBILITATE PROBVS
FELIX POSTERITAS SERVAT QVOD VITA PARAVIT
HIS SEMPER VOTIS VINCITVR EXITIVM
HIC NIL MORS ADIMES CORPVS SERVATE SEPVLCRA
NON TEGITVR QVICQVID POSTERITATE VIGET

*

5

QVAM MALE SORS LÆTI CONFVNDIT PROSPERA VITÆ
VT CITIVS TERRIS QVOD PLACET ERIPIAT
PROTVLERANT IVVENEM COELESTI MVNERE SÆCLA
CVI PIETAS FIDEI GRATIA COMIS ERAT
IVSTITIA CLARVM MERITIS ANIMOQVE BEATVM
MORIBVS EXIMIIS NOBILITATE PROBVM
SED BREVE TEMPVS HABET MVNVS QVODCVNQ DEORVM
INVIDA DOMITIVM FATA TVLERE SIBI
COMMVNIS SAPIENS HVMILIS MODERATVS HONESTVS
CREDERE VIX POSSIS ISTA POTENS HABVI.

*

6

HANC DECORATVS OPEM SVBDVCTA LVCE PETIVIT
CONDERET EXIGVO VT SVA MEMBRA SOLO
HINC SPOLITANE GEMIS PATERIS HINC DAMNA VIATOR
INCASSVM QVÆRENS QVI FERAT AVXILIVM
NAM FESSIS TRIBVIT REQVIEM MISEROSQVE LEVAVIT
IVSTITIAE CVLTOR LARGVS ET HOSPES ERAT
FASCIBVS INSIGNIS GENERIS NEC STEMMATE PEIOR
HIC LVMEN PATRIAE HIC DECVS OMNE FVIT.

*

7

ANTISTES XPI DNI DEVOTVS ACHILLES
CVLMINA MAGNA PII STRVXIT HONORE PETRI
NEMO PVTET VACVAM VENERANDI NOMINIS AVLAM
SISTERE QVOD NON SIT CORPORIS ISTA DOMVS
MAGNA QVIDEM SERVAT VENERABILE ROMA SEPVLCRVM
IN QVO PRO XPI NOMINE PASSVS OBIT (SVNT
SED NON ET MERITVM MONVMENTA INCLVDERE POS
NEC QVÆ CORPVS HABENT SAXA TENENT ANIMAM
VICTOR ENIM MVNDI SVPERATA MORTE TRIVMPHANS
SPS AD SVMMVM PERGIT IN ASTRA DEVM
CVMQVE SIT IN XPO VITA DVRANTE REPOSTVS
AD XPM TOTVS MARTYR VBIQVE VENIT
ILLE SVOS SANCTOS CVNCTIS CREDENTIBVS OFFERT
PER QVOS SVPPLICIBVS PRÆSTAT OPEM FAMVLIS.

*

8

QVIDNAM IGITVR MIRVM MAGNO SI CVLMINA PETRO
QVOLIBET EXISTANT AEDIFICATA LOCO
CVM QVÆ PER TOTVM CELEBRATVR ECCLESIA MVNDVM
IN FVNDAMENTO FIXA PETRO MANEAT
NAMQ. ILLVM DEVS IPSE CAPVT QVI CORPORIS EXTAT
PROPTEREA PETRÆ NOMEN HABERE DEDIT
DICENS ESTO PETRVS QVONIAM FVNDABO SVPER TE
QVAM MIHI NVNC TOTO MOLIOR ORBE DOMVM
IN TE PER CVNCTAS CONSISTIT ECCLESIA GENTES
VINCIT ET INFERNI CARCERIS IMPERIVM
NAM CLAVIBVS CAELORVM CLAVDERE PORTAS
ET RESERARE DEDIT PRO MERITIS HOMINVM
QVÆCVNQVE IN TERRIS FVERIT SENTENTIA PETRI
HÆC ERIT IN CAELIS SCRIPTA NOTANTE DEO
DIXIT ENIM TV ES MAGNO MIHI NOMINE PETRVS
ET TIBI CAELORVM FORTIA CLAVSTRA DEDI
HAC DITIONE POTENS TERRA CAELOQVE PETRVS STAT
ARBITER IN TERRIS IANITOR IN SVPERIS.

*

9

QVI ROMAM ROMAQVE VENIS HINC ASPICE MONTEM
EQVE PETRI SEDE POSCE VIATOR OPEM
QVAE MERITIS QVÆ SANCTA FIDE DISTAT AB ILLA
CRVX ILLIC REGNVM HIC QVOQVE VINCLA PETRI
OMNIA MAGNANIMVS PASTOR CONSTRVXIT ACHILLIS
SOLLICITAS POPVLI HVC ADHIBETE PRECES.

*

10

SOLVE IVVANTE DEO TERRARVM PETRE CATENAS
QVI FACIS VT PATEANT CAELESTIA REGNA BEATIS
IPSE TVA PETRE DISRVMPI VINCVLA IVSSIT
QVI TE CONSTITVIT MVNDANOS SOLVERE NEXVS.

*

HOSPITE VENANTIS RECVBANT HOC OSSA SACRATO
QVI NEQVE POST REQVIEM FAMA VIGENTE PERIT
INSCIVS INVIDIÆ CVMVLIS BENE CLARVS HONORVM
IVRGIA SAT FVGIENS PACIS AMICVS ERAT
PRÆMIA SIC SECLI FRAVDES ET GAVDIA CALCANS
DIVITIAS MERITI XPO IVVANTE TVLIT
NEC MODO TARTAREAS PA.........
QVI NOVA IAM FRVITVR NVNC SINE FINE DIE
HIC QVOQVE LICINIA...............
MISCET ET ALTERNVS VISCERA CARA CINIS
AMBO PVDICITIÆ DOMINI PACISQVE MAGISTRI
QVOS TRAHIT AD CAELVM SANCTIS AMICA FIDES.

2 *

SPES GENERIS CLARI MAGNORVM GLORIA PATRVM
SOLLERS INGENIO CARMINE DOCTILOQVVS
INLVSTRIS SAPIENS HVMILIS MODERATVS HONESTVS
COMMVNIS GRATVS PLVS BONITATE PIVS
ANTE ANNOS ANIMVMQVE GERENS ÆTATIS AVITÆ
CLARIOR IN PATRIA NOBILITATE PROBVS
NIL TIBI MORS NOCVIT CVM HIC VIVIS LAVDE PEREN(NI
ET XPI IN REGNO DVM SINE FINE MANES
HÆC TIBI QVAE CECINI NON SVNT PRAECONIA FALSA
PRO MERITIS FAMA EST TESTIS VBIQVE TVA.

3 *

SIC TIBI PERPETVO SINT LECTOR VOTA SECVNDA
PARCE PIOS MANES SOLLICITARE MANV.

4 *

CERNITE CONSVRGENS CVLTV MELIORE SEPVLCRVM
QVOD GENS INFELIX VERTERE NON TIMVIT
NEC NOCVIT QVICQVAM MERITIS NEC DAMNA PARAVIT
SED SIBI PRAVA GERENS CONTVLIT EXITIVM.

5 *

CLAVDITVR HOC TVMVLO TANTVM SED CORPORE...
NAM MERITIS TOTO VIVIT IN ORBE SIBI
CVM BARDIS FVIT IPSE QVIDEM NAM GENTE SVAVVS
OMNIBVS ET POPVLIS INDE SVAVIS ERAT
TERRIBILIS VISV FACIES SED MENTE BENIGNVS
LONGAQVE ROBVSTO PECTORE BARBA FVIT
HIC ET AMANS SEMPER ROMANA AC PVBLICA SIGNA
VASTATOR GENTIS ADFVIT IPSE SVÆ
CONTEMPSIT CAROS DVM NOS AMAT ILLE PARENTES
HANC PATRIAM REPVTANS ESSE RAVENNA SVAM
HVIVS PRIMA FVIT BREXILLI GLORIA CAPTI
QVO RESIDENS CVNCTOS HOSTIBVS HORROR ERAT
QVI ROMANA POTENS VALVIT POST SIGNA IVVARE
VEXILLVM PRIMVM XPS HABERE DEDIT
INDE ETIAM RETINET DVM CLASSEM FRAVDE FARVVLDVS
VINDICET VT CLASSEM CLASSIBVS ARMA PARAT
PVPPIBVS EXIGVIS DECERTANS AMNE BADRINO
BARDORVM INNVMERAS VICIT ET IPSE MANVS
RVRSVS ET IN TERRIS AVAREM SVPERAVIT EGIS
CONQVIRENS DOMINIS MAXIMA PALMA SVIS
MARTYRIS AVXILIO VITALIS FVLTVS AD ISTOS
PERVENIT VICTOR SAEPE TRIVMPHOS OVANS
CVIVS ET IN TEMPLIS PETIIT SVA MEMBRA IACERE
HAEC LOCA POST MORTEM BVSTIS HABERE IVVAT
IPSE SACERDOTEM MORIENS PETIT ISTA IOHANNEM
HIS REDIIT TERRIS CVIVS AMORE PIO.

6 * *Habuimus supra alio ordine.*

HIC VOTIS PARIBVS TVMVLVM DVO NOMINA SERVANT
CRISANTI DARIAE NVNC VENERANDVS HONOR
EFFERA QVEM RABIES NEGLECTO IVRE SEPVLCRI
SANCTORVM TVMVLOS PRÆDA FVRENTIS ERAT
PAVPERIS EX CENSV NVNC ISTA RESVRGVNT
DIVITE SED VOTO PLVS PLACITVRA DEO
PLANGE TVVM GENS SAEVA NEFAS PERIERE FVRORES
CREVIT IN HIS TEMPLIS PER TVA DAMNA DECVS.

7 *

O RHODE DVLCIS ANIMA ACERVO MIHI FVNERE RAPTA
QVI TANTVM PROPERASTI MATRIS FOEDARE SENECTAM
SENILEMQVE AETATEM TANTOS HONORARE DOLORES
TE SINE NAMQVE MIHI NEC LVX NEC VITA IVCVNDA EST
QVID PRIMVM TOLERARE QVEAM DVM SINGVLA QVAERO
CVM VENIT IN MENTEM QVOD TVORVM TV DECVS OMNI-
VM ESSES (GNI
QVID PVDOR CASTVS QVID SANCTA FIDES MORESQ. BENI-
INGENIVMQ. DOCTRINAQ. TVA ET VERBA SOBRIA MENTI
PRVDENS ET INNOCVA CAELESTIA REGNA PETISTI
IAM VALE PERPETVO DVLCIS ET IN PACE QVIESCE.
NVNC XPI FVERAT CHARTAGINIS ANVS.

8 *

CORPOREIS RESOLVTA MALIS DVCE PRAEDITA XPO
AETHERIS ALMA PARENS ATRIA CELSA PETIT
INSONTES PVEROS SEQVITVR PER AMAENA VIRECTA
TEMPORE VICTRICIS FLOREA SERTA LIGANT
PVRPVREAM RAPIVNT ANIMAM CAELESTIA REGNA
SANGVINE TOTA SVA MEMBRA TEGIT TVMVLVS
SI TITVLVM QVAERIS MERITVM DE NOMINE SIGNAT

9 *

PACCIVS HIC EGO SVM GERMILLA COMPARE GAVDENS
VIXIMVS HEV NIMIVM FRVGI DVM IVSSA TVLERVNT
ATQVE PER EMENSVM SPATIIS TRANSEGIMVS AEVVM
CONIVGE CVM SANCTA SVSCEPTA PROLE POTITVS
PER SENOS ITERVMQVE DECEM SAT FECIMVS ANNOS
TRISTIA SED NATIS SVNT MVLTVM GRATA PARENTI
VT PRIOR IN PACEM CEDAT SOBVLEMQVE RELINQVAT.

10 *

HIC IACET HERACLIVS NIMIVM DILECTVS AMICVS
ELOQVIO PRIMVS NVLLI PIETATE SECVNDVS.

11 *

VOS EQVIDEM NATI CAELESTIA REGNA VIDETIS
QVOS RAPVIT PARVOS PRAECIPITATA DIES
SED MIHI QVAE REQVIES HONEROSA IN LVCE MORANTE
CVI SOLVS SVPEREST ET SINE FINE DOLOR
QVAM MALE DE VOBIS FALLACIA GAVDIA VIDI
ET DECEPTVRVS ME IVGVLAVIT AMOR
REDDEBAR TENERIS IN VVLTIBVS IPSAQVE PER VOS
TEMPORA CREDEBAM LAPSA REDIRE MIHI
SENTIO QVID FACIAT SPES IRRITA PESSIMA MORS EST
SVPPLICII AFFLICTO QVEM SVA VOTA PREMVNT.

12 *

HAEC QVAECVNQVE LEGIS DEVOTO PECTORE MATER
DA LACRIMAS ET ME SIC PEPERISSE DOLE
HIC IACET EXTINCTVS CRVDELI FVNERE NATVS
VLTIMA VIVENDI QVO MIHI CAVSA FVIT
MAXIMA PRAESTABAT MISERAE SOLACIA MATRI
CONSILIO FRATRES ET PIETATE COLENS
PLVRIMA RESTITVIT CVRANDO CORPORA VITAE
QVEM MIHI TAM SVBITO MORS PROPERATA TVLIT

13 *

DIGNE TENES PREMIVM MAREA PRO NOMINE XPO
VINDICE QVO VIVIT SEDES APOSTOLICA
PRAESVLIS IN VICIBVS CLAVSISTI PECTORA SAEVA
NE MANDATA PATRVM PERIRE VLLA FIDES

TVQVE

TVQVE SACERDOTES DOCVISTI CRISMATE SANCTO
TANGERE BIS NVLLVM IVDICE POSSE DEO
TE QVAERVNT OMNES TE SAECVLA NOSTRA REQVIRVNT
TV FVERAS MERITVS PONTIFICALE DECVS
PAVPERIBVS LARGVS VIXISTI NVLLA RESERVANS
DEDISTI MVLTIS QVAE MODO SOLVS HABES
HOC TIBI CARE PATER PIETATE NOTAVI
VT RELIGANT CVNCTI TAM BENE CLARVS ERAS
DVM LVCEM CVPIMVS TECTIS ADMITTERE MARTIS
NOSTRA DIES MERVIT LVMEN HABERE TVVM
TE PARADYSVS HABET LVX EST QVAESITA SEPVLCHRO
NE TIBI VEL TVMVLVM IMAGO GRAVET.

*

1
VERBERA CARNIFICES FLAMMAS TORMENTA CATENAS
VINCERE LAVRENTI SOLA FIDES POTVIT
HAEC DAMASVS CVMVLAT SVPPLEX ALTARIA DONIS
MARTYRIS EGREGIVM SVSPICIENS MERITVM.

*

2
FLORENTINA MIHI QVONDAM DVLCISSIMA CONIVNX
ET TOTO PENITVS PECTORE FIXA MEO
TE PVDOR ET PROBITAS CARAM FECERE MARITO
CONSERVANSQVE TOROS INVIOLATA FIDES
MILITIAE STVDIIS SECVRA MENTE VACAVI
CREVERVNTQVE MEI TE MODERANTE LARES
NVNC TVA DESERTI QVAERVNT SOLATIA NATI
INGEMIT ET TRISTIS TE MORIENTE DOMVS
SVSCIPE QVAPROPTER CARMEN FERALE BONITI
QVOD MIHI LVCTIFICVM EST SED TIBI DVLCE NIMIS.

*

3
SORS TIBI SVB TENERIS ARGENTEA CONTIGIT ANNIS
CVIVS FAVSTA PATRVM SAECVLA NOMEN ERANT
QVAE NOS NON ALITER QVAM TE CONSVMPSIT AMANTES
QVORVM SENSVS ADHVC QVOD DOLET INTVS AMAT
NON BENE PENSANTVR LETHI DISPENDIA LVCTV
PLVS MORITVR VIVENS QVI VALET ESSE MISER
SVME IGITVR LACRIMAS QVARVM SOLATIA SENSVS
NVLLA TVI SED NOS QVOS NOCVERE IVVANT
FRANGITVR EXPLICITIS TRISTIS FORTVNA QVERELLIS
ET RESERATA MINVS PECTORA VVLNVS HABENT
NOMEN DVLCE MATRIS SOLVMQVE ARGENTEA PIGNVS
HEV MIHI QVAM SVBITO FVNERE RAPTA IACES
VERNANTE CALIDVM DECOXIT FRIGORE FLORES
ET GEMMA IN FRVCTV MORS INIMICA TVLIT

*

4
CORPVS HVMI ANIMAM XPO PETRONI DEDISTI
IAM IVSTAE MENTES FOVENTVR LVCE COELESTI
SIDEREASQVE COLVNT SEDES MVNDOQVE FRVVNTVR
TV DVLCIS FILI MEMOR HINC ASPICE NOSTRI
TVNC IGITVR LAVDES QVAS CLAVSO PECTORE MECVM
IPSE VOLVTABAM REFERAM TV LVMEN AVORVM
TV DECVS OMNE TVIS TE FLENT ORBATI PARENTES
BLANDVS ERAS SERVIS CVNCTISQVE BENIGNVS AMICIS
IVSTVM DVLCE PIVM ROGAMVS SVSCIPE XPE.

*

5
AMPLIFICAM SEQVITVR VITAM DVM CASTA AFRODITE
FECIT AD ASTRA VITAM XPI MODO GAVDET IN AVLA
RESTITIT HAEC MVNDO SEMPER CAELESTIA QVAERENS
OBTIMA SERVATRIX LEGIS FIDEIQVE MAGISTRA
EDIDIT EGREGIAM SANCTIS PER SAECVLA MENTEM
INDE PER EXIMIOS PARADISI REGNAT ODORES
TEMPORE CONTINVO VERNANT VBI GRAMINA RIVIS.

Hactenus membranæ Bibliothecæ Palatinæ.



1 *

T. PRÆSENTIVS. Q. FILIVS
P. HELVICIVS. P. F. AED. OB
HONOREM. IN. VIAM. H-S
ΦΦ

E Lilii Gyraldi Dialogismo III.

2 *Mutina in Eccles. Cathedr.*

Q. AEMILIVS. L. F
POL. TIRO. MVTIN
MILES. COH. VII. PRAET
7. GRAECINI. VIXIT. ANN
XXXII. MILITAVIT. AN. XII

Gruterus è schedis Vioni.

3 *Mutinæ in templo S. Georgii ad quoddam vas.*

NONIVS. ANIVS VESTIARIVS. TABERNAM. SIGNA. ET
QVAE. VIDES. D. P. S

Vionus Grutero.

4 *Mutinæ, in saxo reperto 1570.*

T. LVCCEIVS. T. L. AVCTVS. VITOR. SIBI. ET SVIS
CLODIA. CYPARE. CONCVBINAE. ET. VXORIBVS
CONCVBIN. LIBERTIS. LIBERTAB. SERVIS. AN
CILLIS. IN. FR. P. XII. IN. AG. P. XIIII

Vionus Grutero.

5 *Mutinæ in turri Eccl. Cathedral.*

C. MAVCELLIVS. C. L. ZOSIMVS
ET
MAVCELLIA
C. L. REGILLA
V SIBI. ET SVIS F
IN. FR. P. XII
IN. AG. P. XIV.

Idem Vionus.

6 *Mutinæ, in ead. turri.*

C. ALBIVS. L. PHILODAMVS
APOLLINARIS. SIBI. ET
C. ALBIO. C. L. INGENVO
LIB. FIERI. IVSSIT
L. SCANTIO. CAITO
SCANTIA. CLINIA

Ex iisdem Vionii schedis.

7 *Item.*

C. FABIVS. C. L. CLARVS
SIBI. IN. FR. P. XIIII
IN. AG. P. XIIII

8 *Etiam.*

D M
L. MARI. NEOCLETIS
POSTVMIA. EVTYCHIS
MARIT. OPTIM
V. A. XXXI. S. VI

9 *Præterea.*

C. VINVCVLEIVS. SABINVS
FOX. IVR. V. RESPICIENT
V. S.

Etiam ex Vionianis.

10 *Mutinæ, vel circa.*

AVOLEIAE. M. L. MAVRAE
C. AVOLEIO. Ↄ. L. FRONTONI
ET. FILADELFO. QVI. FVIT. IN
SECVLO. ANNO. XXI. MEN. OCTO
ET. DIEBVS. XIIII. VLTIMVS
ET. FILADELFIA. FILIO

Ex iisdem.

SEQVENTES ISTAE ERVTAE ANNO CIƆ IƆ III. CIRCA VALLVM SEVERI, IN BRITANNIA.

11 *Netherbie.*

IMP. CAE. TRA
HADRIANO
AVG
LEG. II. AVG. FEC

12 *Castlesteads.*

IV. . . . .
M. . . . .
CVPA. . . . .
LEG. XX. G. PP. COH. II
TVNG. POSVIT

16 *Rochester in Rhedesdale.*

D. P. S
DVPL. N. EXPLOR
BREMEN. ARAM
INSTITVERINT
NEIVS. C. CAEP
CHARITINO. TRIB
V. S. L. M.

13 *Beauucastle.*

LEG. II. AVG
FECIT

15 *Burdosuuald.*

LEG. VI
VICT. P. F

14 *Ibidem.*

LE. . . . . . .
TILIO. . . . .

1 *Chester, ad murum vulgo Bustegapp.*

PRO. SALVTE
DESIDIENI. AE
LIANI. PRAEF
ET. SVA. SVOR
POSVIT. VOT
SOLVIT. LIBRE

Sex sequentes effossa Risingamiæ in Northumbria.

2
NVMINIBVS
AVGVSTOR
COH. III. GAL
EQ. ϕ
FECϕ

3
DϕM
BLESCIVS
DIOVICVS
FILIAE
SVAE. P.
VIXIT
A ϕN. V. M
I. ET. DIE
XXI

4
COH. TVANG
FECIT. CVRANTE
IVL. PAVLO. TRIB

5
COS. CVI. PRE
N. AVREL. SAST
AETVS. TI. TE. CO. NABS

6
HERCV
LI. IVL
PAVLLVS
V. S

7
DEAE
DIANAE. SA
CRV. AEL
TIMO. P
V. S. T. L. M.

9 *Ibidem.*

IMP
D. C. VAL
CONSTAN
TINO
PIENT
AVG

8 *Applebeia Westmerlandiæ.*

DEO. BELATVCAD
RO. LIB. VOTV
M. FECIT
...IOLVS

11 *Withley castle.*

IMP. CAES. IVL. . . . .
BECISADIA. . . . .
MAX. ET. DIV. ANTONI. . . . .
SARM. NEP. DV. ATOL. NEP. NERO
DIVI. HADR. NEP. DVC. TRAIAN
PART. ET. DV. NERVAE. ABNEP
M. AVR. SILVR. NOMID. PO
LING. . . . .
PRO. PIETATE. AED. VO. SOLINE. . . .
COMMVNI. CVRANTE
. . . . . LEG. AVG. . . . .
COH. II. NERVIO
RVM. GR. POS

Vniuersas describebat Grutero Dn. Robertus Cottonus Coningtoniensis, Antiquitatis arbiter non è multis.

12 *Elkey, in Wharfedayle in agro Eboracensi.*

RVM. GES
AVO. N
ANTONN
ET. VERI
IOVI DLCS
OAECSLIVS
LVCANVS
PRAEFC. COS

10 *Cradundall.*

CN. OCT. COT. COSSV

13 *In præfectura Lichtenbergensi non procul a Naua flumine iuxta fines ditionis Treuirensis, eruta ara basis grandior, anno ... 1603*

I. O. M
V. S. L. M
MATVTINVS
ET. VICTOR
F R

Grutero Ioh. Vlricus I. C.

14 *Wormatiæ erutum 1547. visitur, apud Augustum Weis Pharmacopolam.*

D | C. CANDIDIO MARTINO. IIIIII.
VIR. AVGVSTALI. C. SENIO.
SEVERIA. SEVERA. CONIVX.
ET. CANDIDIA. SIVE. MARTI
NIA. DIGNILLA. FILIA. FAC
CVR | M

Casp. Schoppius Grutero.

FINIS.

CORRIGENDA ET ANIMADVERTENDA TOTO OPERE INSCRIPTIONVM.



SI nominis sui solum meminisset Typographicarum operarum Corrector, iam dimitteris, Lector. sed enim cum plura peccarit supinâ negligentiâ, quam quæ commodè dissimulentur, necesse fuit errata illa proscribi tabulis apertis; vel ideo saltem vt constaret, quid verum censere posses, quid non. ergo ne idem tædium teipsum caperet, quod me cepit cum hoc agerem, libuit interspargere aliquammultas variantes lectiones notæ selectioris, vnaque item coniecturas similes: non vt aliquid derogetur maiestati Epigrammatum, sed magis vt palam fiat haud semel peccasse nunc quadratarios, nunc exscriptores, nunc vtrosque. Hæc ipsa tamen si tanti duxeris, vt sub examen tuum venire patiaris, spero, imo spondeo, Lector, futurum, vt vbi ad finē perueneris, ingenuè pronuncies, fuisse tanti. Et quidem schedæ Pighii videntur sanare illa pag. I. nu. 3. FAVST I.III I. VIR AVG. D. D. sed & pag. II. 12. eædem præferebant sine vlla litura, PROT. DIVINI. LATERIS. quod germanum est. Protectorum enim diuini lateris, nullus non meminit. Pag. III. 1. haud dubiè legendum, MARIANA. SOZOMENE. sed quid? religiosè secutus sum exemplar meum: maluiq; cum ipso peccare, quam aliquid permittere ingenio. minimam enim licentiam heic male cedere, inde colligas, quod Vrsini schedæ habeant, MARIANVS. SOZOMENVS. . . . . IMPERIO. . . . L. M. EX. VOTO. FEC. quarum tamen vltima secutus fuissem, si nactus temporius. Eædem item, Epigraphe sequenti exhibebant, OPILLIVS, litera simplice. Ep. 6. videntur duæ Inscriptiones coaluisse in vnam, faciendumq; initium alterius ab istis versus quarti, N. I. O. T. quæ literæ volunt, NVMINI. IOVI. OPTIMI. TONANTIS. Epig. 7. excidit litera versu postremo, quippe archetypus seruabat, V. S L. L. M. Pag. IV. 2. Alciati liber scriptus habuit, MASVETVS, dictione vnica, item FIRMASI; deinde pro nostro SENIOR, ostendebat ipse IVNIOR. deniq; ver. penultimo, ALBINI. quæ omnia saniora edita. Epig. 4. scriptum forte, TRAIANO, non T. AVIANO, vt infra pag. XI. 3. Pag. V. 6. norit lector illud H notam esse binarii, sæpius repræsentatam in lapidibus; de qua consulatur suus Index. Pag. VII. 4. versu extremo, variabant schedæ quas communicauit nuper è Dn. Hornmeldius, nam in iis, V. S. LL. M. quod moneo ob caussam. Pag. VIII. 5. dispescunt versu tertio literas autographa Vrsini ac Pighii; P. ACILIVS. CERDO. Pag. X. 6. haud mihi fit vero simile Inscriptiones istas tres initio incisas vnico marmori: cum tamen cōspirarent testes tres; forsan omnes oculati; non fui ea frontis firmitate, vt arguerem mendacii. Pag. XI. 4. eadem est cum illa quam visemus pag. XXII. 7. nisi quod heic non etiam appictum sit, SARAPIDI. quod semel dictum volui propter Nasutulos istos, ne genuinum in me acuerent, sicubi tale quid iterum iterumq; occurrerit. nam sæpe bina, imò terna extitisse marmora iisdem prorsus literis, nisi quatenus alteri atq; alteri Numini consecrarentur, superuacuum fuerit probare, siue doctis siue indoctis: & tamen plus semel, nunc mea, nunc operarum oscitantia, irrepsisse Epigrammata superuacua, hoc est, quæ iam antea habueramus, vtinam negare possem! sed non; crebriora comparent, quam vt infitear. eaque propter id iam nunc profiteor ipsemet, ne quis sibi alius indicinam postulet: haud deprecaturus quidem supplicium; dummodo & clarè dicere liceat, antea passim eadem peccasse in operib. longe minoribus omnes omnes, neque tamen id cuiquam fuisse fraudi. Pag. XII. 1. FR. CLARISS. sine dubio abundant. Sed & Epig. 8. versu antepenult. sic etiam videtur interstinguendum: DVX. IT. COLL. SS. i. e. Dux item, vt paulo ante, ITEMQVE PATRONVS. Pag. XIV. 1. versu altero habuit Alciati codex C. F. idem Epigr. 7. OVF. TALVPIVS. Pag. XV. 5. monuit me Dn. Cantonius malè expressisse lapidis literas Castilionium & Merulam: extare enim diserte RVTILIA CHIA, non P. VINIA. CHIA, vt ipsi voluerant. Supra quoq; Epig. 3. erat in Alciati libro duabus literis minus NYMPHEROS, quod verum. Pag. XVI. 9. omnino legendum, APRONIANO. ET BRADVA. COS. Epig. 12. transpositas ab operis literas non reduxit Corrector versu postremo, vt fieret, POSVERVNT. ibidem à latere ex EVTYCILO faciendum aut EVTYCHO. aut EVTYCI. LIB. Epig. 17. peccauit iterum Corrector. esse enim debebat VINDILIV.

Pag. XVIII. 1. Casaubonus literas illas postremas K. X. arbitratur fortè interpretandas vel ΚΗΡΙ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΩΙ, animo grato, vel ΚΟΙΝΟΙΣ ΧΡΗΜΑΣΙ, communi sumptu. Iam illa TONTI pro ΤΩΝΤΙ & TEXNEITAI, pro NI, quæ obuia cuiuis, vt emendetur, monendum non est. qui in talibus monitore opus habet, bonum factum vt abstineat in totum lectione. nos fecimus quod debebamus; expressimusq; ad superstitionem vsq; scripturam marmorum. Ep. 6. v. 3. schedæ Vrsinianæ primum habuerant, SALVATORI, sed eo inducto, scriptum erat inde, SALVTARI. Epig. 10. v. 4. forte emendandum PACVVI AELIANI. Pag. XIX. 2 vix est vt non præferam, quod exceperat versu postremo Pighius, MACRIN. CONS quæ vox vltima Consulem designabit nobis, non consecrationem. Epig. 7. Si licet promere animi mentem; Scipio iste Mazella Puteolis marmora extare voluit; quæ nunquam ibi. nam hanc Inscriptionem eo loci inueniri quis credat? ad Assisinates pertinere liquet ex iis quæ infra ponimus pag. XXI. 11. ex quibus Epigramma istud suppleri potest, nisi potius inducendum est, ceu suppositum. Pag. XX. 3. linea tertia legendum quis putaris, DEC. POE. id est Decurio Poetouione. Epig. 9. PAEZONA. QVILIAES. nemini dubium est, quin esse debuerat PAEZON AQVILIAES, quemadmodum comparet pag. XXV. 5. sed quadratarium heic sequi malui, quam veritatem: vtiq; cum repræsentem scripturam marmorum qualis est, non qualis esse debebat. apage enim illam proteruiam. Pag. XXI. 1. mendis omnia scatent. mirum ni corrigendum, ἀνέστησε κατ' Ἀθλωαις τῆ ἱερῷ Μάρκος Οὔλπιος, καὶ Οὔλ. Μάρκος Οὔλπιος. Epig. 8. confictum est ex Dione. qualicunque tamen, deest litera vna versu tertio, TERRAE. Pag. XXII. 10. Habes hanc inscriptionem integerrimam in Auctario nostro: cui, vt & Appendici, non paucas inseruimus, quas iam antea habueramus, sed vel minus plenas, vel sinceras. id quoque semel monitum volui; ne qui putarent, me eadem bis oggerere, vitio magis memoriæ quam data opera. Pag. XXIII. 2. Hanc ab otiosis fictam non ambigo, ideoq; inscripsissem commentitiam, nisi arbitratus essem aliquid dandum gratia amicorum duorum, à quibus ipsam habueram. Interim cum vel sic inepta sit; esto deinceps spuria. Pag. XXIV. 5. legendum videtur C. ABIANVS. Epig. 7. Dn. Ioh. Bayerus scribit extare manifesta vestigia versus adhuc alterius. qui præcesserit IVNO. R. &c. his ferè literis AVG MARTI. AVG. DIANAE. Pag. XXV. 1. an non legendum? INGENIARI. S. Pag. XXVII. sic fuerat edendum non XVII. at Epig. 3. nescio an non rescribendum loco ORBITVS, ORFITVS. hoc habent schedæ Pighii, illud Choulii liber. at Bayeri charta seruabat ORETVS. Pag. XXVIII. 1. Iocularitèr lapsus est Ben. Heginus, qui non vidit φύοντι legendum esse non θύοντι, item μυστιπόλε πελέθων; non autem τελετῶν. πελέθων, id est ὤν, ἀπάρχων, vt & pueri sciunt. μυστιπόλος πελέθων κριοβόλε, ὁ ὢν ἱεροφάντης τῆ κριοβόλε. Horatius: Et Esquilini Pontifex venefici. μυστιπόλος, ἱεροφάντης. Vide quam clara lux reddita huic Epigrammati! θεμερώτερα, coctiora, maturiora. hæc omnia dissimulata sunt in eius versione, quam ita reformes licet:

Omnium Opi matri, prolique illius, & Atti
Summo; cui rerum est omnia nosse datum,
Cuncta potens matura suo qui tempore profert;
Crioboli antistes Tauribolique sacri:
Istam deuotus sacratam suscitat aram
Qui trahit à dono nomen Apollineo.

quod enim πελέων φέρεθλον, vocet Deos, quorum Rhea mater, tam manifestum quam Latinè male redditum. Pag. XXIX. 7. referenda hæc inscriptio inter tumulos. nam D. M est, DIS MANIBVS. Epig. 10. versu penultimo videtur distinguendum, SVO. S. hoc est suo sumptu. Ibid. 11. legendum LACTOR, non LECTOR, vt ineptè in editione Smetiana. Item 13. versu altero melius fuerit DIVI. LVCII. PARTH. Pag. XXX. 13. versu penultimo: P. ACCIO legendum. Pag. XXXI. 11. videtur genuinum magis quod præfert ms. codex Pighii nostri: DOMVS. AVREAE. Pag. XXXIII. 4. adiiciunt Cittadini scheda; IN. FR. P. XX. IN. AGR P. XVI. Pag. XXXIV 6. post illa

illa DEO. SOLI. INVICTO. MITHRE, erat in mſ. Pighiano: C. C. AVFIDII. IANVARIVS.... Epig. 9. monuit liber Alciati extare in lapide VIIIGNIS, more, inquit antiquo, qui inter duo I tertium ſuperaddebant, Chariſio & Priſciano lib. 1. auctoribus. Pag. XXXV. 9. Epigramma fictum eſt, aut deformatum à decimo ſequenti. Pag. XXXVI. 5. verſu poſtremo viſitur in Merulæ ſchedis quas habet Cantonius, vnis quidem ΝΑΥΚΕΜΑΡΧΗΣΑΣ, alteris ΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ. Epig. 10. verſ. antepenult. forte leg. SOLLII. Pag. XXXVIII. 7. repræſentaui quod reſtabat in Mazochio atque Apiano, etſi ſcirem Smetium referre DEO. SANCTO. APOLLINI. PACIFERO.... C. AELIVS..... MILES. CHORTIS. X PRAETORIAE. CENTVRIA. DASI. LIBES. VOTVM. REDDEDIT, ceteris omiſſis. nam plus ſemel aliquid ſibi voluiſſe licere, probare eſt plurib. locis quos produxit in Omiſſis ex Mazochio, ex Apiano, vbi tamen alia planè viſuntur formâ. Si cui tamen Smetiana iſthæc magis probatur, reuocet licet. Epig. 10. voce auctior eſt liber: Pighii ACACIVM. NOTARIVM. ET &c.

Pag. XXXIX 1. Caſtrum, vulgo POLLIGNI dictum, eſſe Apolliniacum, nugatorium eſt; tum quia Paulliniacus eſt, non autem Apolliniacus, tum etiam quia Apolliniacus non eſt ex analogia compoſitionis nominum Gallicanorum. ACVS enim quod ſignificat Villam priſca Gallorum lingua, nunquam componitur cum nominibus Deorum, ſed hominum; Lucaniacus, Paulliniacus. Germanicè Lucanstorff, Paullinſtorf: & hodie in Normannia Martinuille, Paulinuille. Ibid. Epig. 5. l. 7. reponatur HVNC. ſic enim Vrſinus, cuius ſcheda tribus adhuc verſibus auctiores ſic:

ANNO. A. V. C. DCLXXIV........

L. CORNELIO. SYLLA........

Q. CAECILIO. METELLO....... quæ non reperias in eius Familiis, vnde Inſcriptionem deſumpſeram. Mox Epig. 8. verſ. vlt. MOENI. TE, legi poſſet commodiore, & ſenſu & carmine, coniunctim, MOENITE, id eſt Mœnitæ ſeu Munitæ. Pag. XL. 7. Pighiana habent MEVIVS. E. S. V. S. Pag. XLII. 6. ead. GLYCO. Pag. XLV. 2. Pighiana, vt etiam Vrſiniana vno conſenſu ſeruant, V. E. item FAN. P. M. quod accedere vero, liquet ex pag. CCLXXVI. 3.

Pag. XLVI. 9. ver. 14. reponatur REDITVM. ita enim erat in Smetianis. Poſtea videtur diſtinguendum PVDES. A. S. S. id eſt, aram ſuo ſumptu. Ibid. Epig. 10. lin. 5. non mihi conſtat vtrum legendum B. F. PR. D. R. * FEMININA. id eſt, domo Regione * feminina: an B. F. PR. PR. FEMININA, quemadmodum inueni in Pighii autographo, quod eſſet Beneficiarius Proprætoris. nam de Feminina certum eſt, eſſe nomen patriæ, quamquam corruptum, vt mihi videtur. Pag. XLVIII. 5. νοθόλει; quemadmodum multa adhuc Hiſpanica; quas ad obruſſam veri adfricabunt doctiores. Pag. L. 6. lin. 7. NEGANTQVE. ita Manutius. ſed nonne debuit eſſe? REGANTQVE. Pag. LII. 4. peccarunt operæ in CETRONIVS. Epig. 13. melius codex Andreæ Alciati, P. QVRTIVS. item linea poſtrema literâ amplius V. S. L. M. eſt enim Quirtius, idem quod Curtius. videatur pag. MVII. 1.

Pag. LIII. 1. adhæſerim ſchedis Rubei, in quibus MERCVRIO. L. SASIVS. L. F. RVFVS. ET. SASI. VALERIANVS. ET. RVFINVS. FILII. &c. Epig. 5. reſcribendum TI. MONIA. nam ita lapis, id eſt, Tiberius Monianus. Pag. LIV. 8. forte fuit SIGN. hoc eſt, Signum. niſi ſic tamen placuerit tranſponere quadratario. Pag. LVI. 7. ver. 3. ſcheda Wouuuerii vnica voce, CONSOL. rectè. Epig. 10. verſu altero habebat Pighius, M. VOTINVS. Pag. LVII. 5. verſu antep. erat in Vrſini chartis, EQ. R. DEC. M. APVL. quod eſſet Municipii. eadem vltima linea habebant amplius AVG. N. CORONATVS. DAC. III. D. D. Epig. 7. loco DANIENSIS noſtri, erat in Pighianis DIANIENSIS. Pag. LVIII. 5. totam Inſcriptionem ſic conceperunt, tanquam ſi omnibus membris integra eſſet, ſchedæ Pighianæ: MARTI. SERGOMONI. SACRVM. Q. ADCINNIVS. VRBICI. FIL. MARTINVS. SACERDOS ROMÆ. ET. AVG. MVNACIO. PANSA. COS. IIVIR. IN. CIVITATE. SEQVANORVM. III. PROVINCIA. GALLIAE. HONORES. SVIS. DECREVERVNT. Pag. LIX. 2. Pighiana, VXORIS. ET. HERED. SVAE. item ARTHEMISIA. FILIA, non vt nos ARTEMISIA. TIRA. denique GEMMA MAIORE. Epig. 11. IV. VIR. AVG. manuſcriptum exemplar Smetii, necnon Pighii omnino melius, VI. VIR. AVG ſi modo alterum idem noluerit valere quadratarius. Pag. LX. 4. Hi tres verſus extabant in veteri codice cum iis, quos retulit in Catalecta ſua illuſtris Scaliger. Pag. LXI. 1. ſecunda ſtatim voce peccarunt operæ. debuit enim eſſe, CAESAR. LXII. 9. SOMNO MONITA. Eodem modo Sophiſta dedicans, ſtatuam Demoſthenis æream, in baſi ſcripſit: Δημοσθένη Παιανιέα Πολέμων κατ᾽ ὄναρ. DEMOSTHENEM DOMO. PAEANIENSEM POLEMO SOMNO MONITVS. ſed Phrynichus meritò Sophiſtam reprehendit, qui præpoſitionem κατὰ inutiliter poſuit. non enim κατ᾽ ὄναρ, καθ᾽ ὕπαρ, ſed ὄναρ, ὕπαρ ſimpliciter dici debet. Pa. LXVII. 2. Arimini viſendam vult Pighii ſcriptura, quæ item valde diuertit à noſtra. habet enim verſu primore, pro illo T. VIBIVS nihil niſi TVLLIVS, item tertio: VIR AVG. AR. ſexto vero: AVREO. ET. THYRSO. è quibus vltimum perplacere alicui poſſet. Epig. 10. Vrſini ſchedæ habebant verſu quinto AVGG. rectè. ſequenti etiam ANTROCLVS. de quo viderint naſutiores. Pag. LXVIII. 6. Corrector G. ſiuit locum habere verſu penult. vbi poni debebat ſigma. itaque legatur ΕΥΧΗC. Pag. LXIX. 9. verſu tertio legendum proculdubio METROBIANVS. II. COL. quod nomen ſupra comparuit pag. XLVII. 11. Pag. LXX. 5. emenda verſu ſecundo; L. CANTIVS. ſphalma operarum. Pag. LXXI. 1. ver. 9. an non eſſe debuit? ΑΝΑΦΥΡΑCAI item verſu antepenult. ΚΟΛΛΥΡΙΟΝ. ita certe Pighii liber. ſed & illud initiale: αὐταῖς ἡμέραις vertendum erat: Iiſdem diebus, non Hiſce. nam coniungitur hoc tempus cum illo, de quo agebatur in principio tabulæ quod confractum eſt. Ceterum totus ſtilus merè Syriacus eſt, ξῶσαι ἀρεταί. ἐλθεῖν καὶ λαβεῖν. i. ἐλθόντα λαβεῖν. &c. Pag. LXXII. 6. lin. 4. aut H ponitur pro V. aut legendum videtur, VIC. id eſt, vici. Pag. LXXIII. 2. veriſimile eſt fuiſſe C LVCR. APOLLINAR. Epig. 8. debet proculdubio ablegari ad ſuppoſititia. Pag. LXXIV. 1. Cittadini ſchedæ pluſcula habent, alioque ordine quam nos produximus. ſic nempe:

FORT. AVG.
SACR.
OFFICINATORES. MONETAE
AVRARIAE. ARGENTARIAE
CAES. N.
FELIX. AVG. LIB. OPTIO. ET
EXACTOR. AVRI. ARG. AERIS
ITEM. SIGNAT. SVPPOSTORES
MALLEATORES. MONETAE. CAESARIS. N.

Infra.

DEDICAT. V. K. FEBR. D. S. D. D.
L. VIPSTANIO &c.

A latere ſiniſtro ſequebantur nomina officinatorum.

Pag. LXXV. 3. videtur eadem eſſe cum ea quam exhibuimus pag. LXXIII. 3. Pag. LXXX. 9. verſu tertio, cuſtodiebat Pigh. codex, SYLEOTINVS PRÆFECTVS CLASSIS. non male forſan, quod ad vocem Præfectus, attinet. ſed tamen vox prior reformanda potius in STEL. EOTINVS. nam Lugdunenſes cenſebantur in Tribu Stellatina, vt vel ex aliis Epigrammatis illius vrbis conſtare poteſt. Pag. LXXXI. 5. ſcribendum planè SEX. DVGIVS. VALENTIO. non modò quod ita deſcripſerit Cauriolus, ſed magis, quod idem nomen occurrerit pag. XXXV. 8. confirmentque hanc lectionem tum mſ. Pighii, tum editum Nazarii exemplar. Pag. LXXXIII 2. verſu penul. vel excidit vel non comparet ſatis literula minuſcula. debuit enim eſſe BALBINVS. Pag. LXXXIV. 3. verſu ſecundo reponendum ſuaſu codicis Pighiani. ΑΝΤΙΟΧΕΥC. item verſ. quarto diſtinguendum ΤΟΥ. ΠΑΣΤΟΦΟΡ. &c. vt etiam Caſaubono noſtro in mentem venerat; qui præterea putat emendandum deinde ΤΗΝ ΕΛΑΣΙΝ, vt introitum notet. in Pighiano erat ΕΚΛΥΣΙΝ. qui item adſcripſerat verſu ſequenti, legendum videri ΠΡΟΜΟΧΛΟΥΣ. at Caſaubonus putabat προμόχθους appellatos prominentes è pariete lapides, vel tigna quibus tabulæ imponerentur in varios vſus. Idem Pighianus habebat aliquanto ſincerius infra ΤΟΙΧΟΙΣ, item ΑΡΠΟΚΡΑΤΕΙ, etiam ΕΠΙΙΕΡΕΟΣ vnica dictione, denique ΡΑΜΝΟΥΣΙΘΥ. Epig. 5. videtur forte legendum H DIS DEABVS BIVIS. item linea antepenultima IMP. SEVERO ALEX. IT. id eſt, Imp. Seuero Alexandro iterum Coſ. interim verſu quinto mutanda eſt G in C. vt fiat VICTORINVS, tollaturque ſphalma ſcilicet Correctoris. Pag. LXXXV. 5. καὶ δύο τῆς αὐτῆς. Malè Hegius refert ad Cyrillum & Cyrilli coniugem, quum Cyrillus heic locum non habeat, quatuor enim hoc templum erexerunt, Dioſcurus æditus, & coniux Cyrilli, & Cyrilli duo nati. ita vertendum fuit:

Eiuſdem generis concordi fœdere nati
Iſtius ſacri liminis æditui.

nam τὸ οἷσι μέμηλε ἔργα νεωκορίης, nihil aliud eſt quam οἵτινες νεωκόροι εἰσί. Pag. LXXXVI. 6. neſcio an ſequi debeam, quod erat in Vrſini de Familiis, an verò ſcripturam ſchidarum eius; quæ erat, L. MALANIVS, item MALANIA HOMERIDE. præterea linea quarta habebat tantum V. L. M. P. at quinta L. MALANIO. & Malanii quidem mentio iterum pag. CCL. Epig. 8. Illuſtris Scaliger verſum tertium egregiè correxit ΜΗΝΟΣ ΠΕΡΙΤΙΟΥ lib. V. DE emendatione Temp.

Pag. LXXXVIII. *11. est eadem cum illa quæ supra extat* XVII. *11. ceterum intellectui Epigrammatis 14. fecerit Sext. Pompeius in* Cornifici, *& P. Victor in regione* XIIII. *Pag.* XC. *1. versu tertio, emendandum* L. MARIVS. *ita enim disertè Pighii exemplar.*

Pag. XCI. *7. melius forte idem Pighii exemplar,* FL. SIXTIVS. *Pag.* XCII. *3. omnino fuerat,* SACRVM MVSIS, *verbis transpositis. sic inquam Smetius ac Pighii codex.* *Pag.* CXIII. *10. bene Cittadini scriptum* PATERNI. *sed ita vt litera vltima annecteretur præcedenti. idem etiam seruabat* CVM BASIM. *Epig. 11. carmine quarto, litera amplius Pighianæ schedæ,* RIPAI. *rectissimè.*

Pag. XCIV. *6. Pighianus* SATVLLIVS. *idem Epig. 8. habebat* TI. RVFINVS NYMPHIS VARCILERIS. *Epig. 10.* VOSEGO. *ita restat in lapide. & verò sic quoq; scribitur in ms. codice Iulii Cæsaris, qui est Bibliotheca Palatinæ, pro quo vulgo* Vogeso. *Pag.* XCV. *4. Est elegans quidem, sed memoria nouorum factum. Plane redolet ingenium recentioris poetæ. titulus sane ποίηγ@ & ridiculus.* *Pag.* XCVI. *2. Saraynus nisi fallor, & schedæ Sirmondi ex Marcanoua seruant vnica voce* CVSLANO. *In Epig. 3. est in Pighianis versu vltimo syllaba amplius:* MAXIMINIANI. *Epig. 6. negligenter admodum fuit Corrector. linea enim tertia esse debebat,* DECVRIA; *quinta* BIDENTALIVM: *vt etiam Epig. 5. linea 7.* QVINQVENNALIS. *sed & Epig. 6. excidit litera, quam reponi oportuisset ab operis.* OB. HONOREM. *Pag.* XCVIII. *2. Alciati codex non habebat.* FATIS. SIIVIRI. *sed* NATIS. *quod si admittimus, videbitur loqui Epigraphe de Geta & Caracalla filiis Imp. Seueri.* *Pag.* XCIX *9. versu antepenult. melius forte concepit liber Pighii. is enim* ARCHITECTIARI *idem etiam Epig. 10. sincerius forte quam Stradæ, retinet* D. D. D. *Pag.* C. *5. versu antepen. habet quidem etiam scheda manu scripta Vrsini* FLVIVM. *sed dixerim rectius quod inueni in Pighianis,* EPVLVM *Pag* CI. *3. quin ista eadem sit cum sequenti, nihil abnuerim. cùm tamen hæc constantissimè inscriberetur* PIETATI, *altera* FELICITATI: *haud ausus sum quicquam derogare testi oculato, Alfonso de Castro.* *Pag.* CII. *3. codex editus Ionitæ Rapicii de Thermis habet tribus literis amplius* DELMATARVM. M. V. S. *Pag.* CIII. *2. Pighianum autographum tanquam si integra esset, habet* VICTORIAE L. TERTIVS. V. S. L. M. *Epig. 6. socordia Correctoris visitur versu 5.* ANTONIANAE, *pro* ANTONINIANAE. *at Pighiana Epigr. 10. versu vltimo ostentant non* VERENTIO, *sed* VEIENTIO. *Pag.* CIV. *3. versu tertio videtur reponi posse,* CALAT. AVG. *quod esset, Calator Aug. item versu septimo,* ET. SVIS. NOMINE. M. *Epig. 6. vers. tertio egregie Pighianum exemplar* L. CAESILIVS TAVRISCVS. TARQVINIES. *ita tamen vt Iota illud adhæreat literæ præcedenti supraq; eam emineat.* Tarquinies *enim est,* Tarquiniensis. *Pag.* CV. *3. diuertit Pighianus liber, habetq;* DEO. TVTEL. ET. GENIO *&c.* *Epig. 12. idem tuetur linea quarta* PONTIFICI. *sed & à fine adhuc habet verbum* D D. PONTIFEX, *notamque adposuit, indicem lapidis non integri.*

Pag. CVIII. 4 *Pighius, qui hanc Inscriptionem deprompsit ex schedis Rigetti Protonotarii Apostolici, præter aliam versuum formam, habet & posituram diuersam; talem nempe.* L. R MEDICVS. COH. ITEM. EVOCATI. ET. MILITES. QVORVM. NOMINA. IN. ARA. *&c. minus certe intricata priore. sed & idem repræsentat versu altero* SIGNVM GENI. *Pag.* CXII. *8. Pighianus codex* ΘΕΟΙΣ. ΣΕΒ. ΚΑΙ. ΘΕΟΙΣ ΦΡ. *&c.* *Pag.* CXV. *7. Ionita Rapicius, habet* PROSSAI. *item versu tertio* AVGG. *bene vltimum istud, at primum profecto mutandum in* PRO. SAL. *id est,* pro salute. *Epig. 10. Alciati codex vbi Castillioneus habet* BEMERENTIBVS, *obtrudebat nobis* BENEVERTENTIBVS. *Pag.* CXVIII. *ver. 34. ipso fine, literam vnam plus habebat Pighianum à Busbequio descriptum exemplar, videlicet,* IOVI. B. MARES. *quod est;* boues mares. *præterea ibidem videre erat natiuum ordinem versuum, quem neglexit non Vrsinus puto, sed typographus Vrsini.* *Pag.* CXXI. *linea 6. eadem schedæ Busbequianæ habebant* INCHOANDI, *non* INCROANDI. *quod examinabunt: Critici vt etiam quod infra sequitur versu 18. nec enim ibi erat* RVIVS, *sed* KVIVS. *quod si approbarint, tunc & ver. 19. esse deberet non* ARCRESILAVS *sed* ARCKESILAVS *versu vero 26.* PKILOLOGVS, *non* PRILOLOGVS, *eadem charta seruabat linea 5. non* ADOLENDAR. *sed* COLENDAR. *item versu 11.* OV. N̄. II. *quod postremum iure quis probet.* *Pag.* CXXV. *1. versu 16. melius.* ΕΙΣ. ΑΓΑΡΡΙΝ. ΠΛΗΘΥΟΥΣΑΝ. *id est,* πληθύουσαν ἀγορὰν. *sed & vltima sic ex ductibus lapidum restituas:* ΤΩΝ. ΘΕΩΝ. ΤΩΝ. ΦΡΗΤΡΙΩΝ. ΑΡΓΥΡΙΑ. ΧΕΙΛΙΑ. ΚΑΙ. ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑ. ΩΝ. Η. ΤΙΣΙΣ. ΚΑΙ. Η. ΕΚΠΡΑΞΙΣ ΕΣΤΙ. *Epig. 2. visitur Romæ in hortis Carinis, in carinis, vt docuit me Dn. Cittadinus, cuius schedæ præferebant versu postremo:* PRO. CALICLVM. IN. HOMINEM. *&c.* *Pag.* CXXVIII. *1. versu tertio emenda* MAXIMVS. *Epig. 5. circa finem, loco illius* FVRTVRARIA, *habebat exemplar Dn. Bayeri,* FVRINARIA.

Pag. CXXIX. *15. lege,* Πυλαίας ὅσης, *vt apud Demosthenem & alios. idem corrige* MXXI. *7. vbi idem Epigramma perperam relatum. corrige & Latinum:* Aristagora magistratu Delphis, Comitiis ipsis &c. *Pag.* CXXX. *4. legi posset.* DIS. IR. KAL. IVN. P. AELIO. ET. BALBINO. COS. CELEIAE. *Epig. 8. legendum videtur,* D. VICI. BRIG. *hoc est,* Diis vici Brigantum; *sed nec altero versu reformidarim fingere,* ET. NVM. AVGG. T. AVR. *quod esset,* Et numinibus Augustorum. *Pag.* CXXXV. *2. latere secundo valde diuertunt Pighiana à Smetianis, vtpote, qui sic suas ordinauerint literas priores*

B. CONS. N
C. EN
D. VOLC. N. VOLCANO
E. C. LVNAE *&c.*
F. OPICIDN
G. C.
VOLTVR
H. C. *deinde ipso fine idem exemplar habebat* M. F. *Pag.* CXXXIX. *in Octobri mense, quod legitur versu postremo* LIEBRO, *facinus est Correctoris, debuit enim esse transposita litera* LIBERO.

Pag. CXLVII. *Harum literarum Gothicarum specimen ante ediderat vir & amicus noster clarissimus Bonau. Vulcanius in suo Iornande, quod ignorabam. eum consulas licet. Sunt qui opinantur extare in Bibliotheca Palatina nouum testamentum his literis atque hac lingua, quod fuerit Magnifici viri Vderichi Fuggeri: sed ego excussis codicibus exoticis, nihil tale reperi. solum offendi* Quatuor Euangelia Theotiscè versa ab Otfrido; *sed scripta literis eis quibus hodie vtimur, sermone tamen nimium quantum diuerso ab hodierno.* *Pag.* CXLIX. *7. versu penultimo, habebat exemplar Smetii manuscriptum, quod Romæ adhuc est in Bibliotheca Farnesiana,* COS VIIII.

Pag. CL. *4. versu 5. malim* EVMOLPHVS. *quàm* TVMOLPHVS *Smetii. sed & offendor illo* C. VTTIEDIVS, *prætulerimque vel* VETTIDIVS, *vel* VTTEDIVS. *Pag.* CLIX. *8.* DE. ARELATE. MA. MILIARIA) MA *est* MASSILIAM. *Pag.* CLXII. *5. est recens, ineptum, vbi etiam Heroicus ex Epigrammate pontis via Salaria* CLXI *2. item illud:* FACILES. ERGO. VIATORES. IBVNT, *ex eodem Epig. ridiculè imitatum,* ITE. IGITVR. FACILES. PER. GAVDIA. VESTRA. QVIRITES. *Pag.* CLXIII. *2.* ΕΝΔΙΔΟΣΙ. *peccatum operarum. neque enim esse debebat* ἐνδίδωσι, *quod heic tolerari nequit propter syllabam, sed* ΕΝΔΙΔΟΕΙ. *At versu vltimo* CTHCATO *illud mutandum in* ΣΙCATO, *quomodo habent & Alciati schedæ & Pighii;* ἀπὸ τοῦ σῶ. *Et vero, pessima Græca pessimis Latinis reddita, tanquam patellæ suum debitum operculum res ipsa loquitur. Interim Alciati liber Epigrammatis initio præfixum habebat solemne illud monumentorum* Θ. K. *tabulæq; huius latere dextero visebatur Draco caudam ore mordens. eius in circulo stabat catulus latrans, aut, vt Pighio placebat, hippopotamus, cuius pedibus subscriptum:* ΑΤΡΕΟΛΟC, *quod forte mutandum in* ΑΥΡΕΟΛΟΣ.

Pag. CLXIV. *5. cùm hoc multis argumentis falsum conuinci queat, inter spuria deinceps locum sibi quærat. idem dictum esto de Epigrammate sequenti.* *Pag.* CLXVI. *6. an non & istud commentitium? ita arbitror.* *Pag.* CLXVII. *1. Istæ duæ egregiæ Epigraphæ adhuc integræ extant Gratianopoli, quanquam fugientibus literis. Vna earum est in Episcopio. ex quibus docemur ante* Cularonem *dictam, quæ postea Gratianopolis. Et in Epistola Planci ad Ciceronem, vbi* Ciuarone *legitur, emendandum* Cularone. *Pag.* CLXIX. *4. Sub Gymnasiarcha Aristione Filio Agathini, filii Philistionis, filii Epicratis, Iuniores Hieronei.* Vel, quod idem est; *Sub Gymnasiarcha Aristione, Agathini filio, Philistionis nepote, Epicratis pronepote.*

Pag. CLXX. *3. versus alter sic conceptus est in schedis Vrsini:* SCHOLAM. DE. SVO. REFECIT. *item finis quinti:* PECVNIA. FACIVNDA. CVRAVERVNT. *Pag.* CLXXI. *5. versu secundo videtur potius legendum,* TRAIANI. PARTHICI, *aut aliud quid simile.* *Epig. quod præcedit excidit supinitate Correctoris vocula, scribendumque* DVAS. CVM. CET. *Pag.* CLXXII. *3. est recentissimum. Ep. 11. Pighianus codex habet* M. AVIANVS. *sed & schedæ Onufrii Epig. 13. versu vltimo seruabant:* LORICA. ET. ADITVS. *Pag.* CLXXIII. *5. versu secundo, lege confidenter* ARMORVM. ANCILIVM. *Epig. 9.*

ΕΠΙΚΡΑΤΗΣ. ΑΙΓΑ. ΥΙΟΣ. ΑΣΤΟΔΥΜΑΣ. ΟΙΚΟΔΟΜΗΣΑΣ. ΠΕΛΕΘΡΟΝ. ΤΟΙΣ. ΑΥΤΟΥ. ΥΕΕΣΣΙΝ. ΕΔΟΚΕ. ΤΑΙ. ΠΟΔΩΝ: *Epicrates Æga filius, constructis e Astodymis, filiis suis iugerum donauit pedum* CCCXI. *Pag.* CLXXIV. *2. videtur istud idem cum eo quod sequitur Epig. septimo. vbi tamen adhuc aliter legit Verderius. eius enim scheda*, SABINVS IIII. VIR. AED. *&c.*

Pag. CLXXV. *8. versu penultimo emendandum* K. AVG. *pro quo Corrector nobis obtruserat* X. AVG. *Epig. 10. versu vltimo, an non fuit?* SERVIO. SERVIANO. *quod si; idem rursus mutandum erit pag.* CXC. *5. vbi penult. versu habemus* VRSO. SERVIANO. *Pag.* CLXXXIV. *12. circulo secundo forte esse debebat, non* ARR *sed* APR. *vt fuerint coss.* Q. ARRIVS. PAETINVS, ET. C. VENTIDIVS APRONIANVS. *Pag.* CLXXXV. *6.* καὶ πρόκλ© ἐπέκλεπ. & Proclus hortabatur, instabat: instante Proclo, vrgente negotium, *sic infra*: IVDICE. SVB. PROCLO. id est arbitratu, cura, instantia Procli.

Theudosius quadram est ausus statuisse columnam,
Quæ prius in terra segne iacebat onus.
Atque instante Proclo tanta est erecta sub auras
Inter ter denos machina Luciferos.

Pag. CLXXXVI. *3. versu 15. habebat Vrsinus* TAETRO VASTANTE.

Pag. CXCV. *6. forte illud* ERIDIMVS, *mutandum in* ERIDANVS.

Pag. CXCVI. *3. excidere duæ literæ, aut certè non comparent in omnibus exemplaribus nostris. versu enim penul. esse debet*: EX. S. C. *sequenti verò* R. R. PROX. *at pro eo quod nos habemus* PED. CLXVIS *Onufrii & Wouuerii schedæ præferunt tantum* CLXI. *Eiusdem præterea Wouueri exemplar Epig 4. versu 5. habebat, non vt nos* IMP. XVI. *sed* IMP. XII. *Pag.* CCX. *multa erant reformanda in Latinis, versa ab homine, qui Gromaticos scriptores ne fando quidem audisse videtur. Pag.* CCXI. *versu 11.* παρέξει πρόσοδον. *præstabit aditum sex pedum ad Adrani fanum: & viginti pedes recedet à templo quoquoversus. nam* ΠΑΝΤΑ, *non est* πάντα, *sed* παντᾶ, *vt Dores pronunciant, vt Attici* πάντῃ. *Pag.* CCXV. *2. Hoc elegantissimum Kaput Testamenti in multis maculosum est. pro* CHALCIDIANAM *ver. secundo, legendum* CAEDICIANAM. *item versu 13.* IN. PASTINATIONEM. VINEAE. QVAE. EST. AMINEA. CVM. PARTE. FVNDI *infra derasis*, QVAE. EST. AMINEA; *ita continuanda sunt*: ICCIRCO. DARI. VOLO. VT. SI COGITATIONI. *item* PROSPEXI SE. ME. VTILITATIB. *etiam*: FACILIVS PROSILITVRI II. QVI. AD. MVNVS *deinde*: LOCATIONE. VINEAE. *postea.* PALVM. RIDICAM. OMNIBVS. *denique.* VT. PERPETVA. FORMA. OBSERVETIS. Ab illis qui viderunt & descripserunt. *Pag.* CCXVI. *In huius testamenti Latina interpretatione multa animaduertenda erant. Sed longum esset omnia castigare. cùm id commodius præstari posset vnâ litura. facie prima versu 24.* ἀφ' ὧ συναχθήσονται con-uenient, cogentur. *In secunda facie versu 13.* παρεκλέσει *malo peculatu, dolo malo*: neque permutare dolo malo, aut immoliri, nisi forte quis porticum excitare &c. *item paulo post*, nisi forte quis de Epiteliæ liberis. *Præterea*: Collegium autem cognationis virile cogatur in Musæo mense Delphinio triduum, accipiens ab hæredibus meis drachmas CCX. creatis ex eorum corpore menstruis ministris. *Corrige Hesychium*: Επιμήνιοι, ἱεροποιοί. Εκαλεῖτο δὲ καὶ θυσία τις Επιμηνία *&c. Porro reditus ter mille Drachmarum hic est* CCX. *quæ est septunx vsura, non centesima, habens rationem ad centesimam, vt* VII. *ad* XII. *id est* CCX *ad* CCCLX. *item facie tertia, versu 5.* Vsusfructus supradictorum prædiorum quæ sunt in Meltinis, cedat collegio virilis cognationis pro ducentis illis drachmis. Quod si coheredes voluerint prædibus aut prædiis cauere communi Collegii virilis, liceto illis prædiis satis subsignatis. *hæc pauca è multis. nam omnino tota interpretatio instauranda esset à capite ad calcem. Pag.* CCXXVIII *5. Intellige de* L. *aut* C. *Agrippæ* F. *Augusti Nep. vt ex* CCCXXXI. *1. constat.*

Epig. 8. Verderii ms. codex ponit Florentiæ, ac præmittit versus istos binos:

TI. CAESARE. TERT. GERMANICO. CAESARE. ITER. COS.
CN. ACCEIO CN. F. ARN. RVFO. LVTATIO. T. PETILIO. P. F. QVI. II VIR.

sæpius etiam variat in reliquis; sed eximiè versu 14. ibi enim ipse seruat ET AVGVSTAE. *sequenti verò*, NOSTRA DECVRIONIBVS. *versu denique penultimo*: MARTIAS. QVA. DIE: *nec aliter duo isthæc postrema retulit in Antiqq. suis Georg. Fabricius. Pag.* CCXXIX. *1. non est tabula, sed ara marmorea effossa* MDLXVI. *cuius exemplum primus in Italiam attulit eod. anno Illustris Scaliger, & Paulo Manutio & Mureto communicauit. Collocata autem est in Palatio Archiepiscopi, ita vt angulum muri cludat, & ex vtraque parte ambo latera scripta legi possint. Pag.* CCXLIII. *1. versu 6. vix est quin legendum sit*, BIS. HON. IIIIIVIRAT. FVNCTVS. *Epig. 7. auctius deinde nactus sum ab Sirmondo describente ex schedis Marcanoua: sic* CONSERVATORI CERIMONIARVM PVBLICARVM. RESTITVTORI AEDIVM *&c. Pag.* CCXLIIII. *6. confictum ab Panuinio, vt alia multa. non pauca sunt inepta, vt illud* PRINCIPI. SVO. *Pag.* CCLII. *6. versu 4. Boissardi liber* LVST. XXIII. *idem versu 8.* A. LARGIVS. CARVS. *præterea versu 10.* L. NAEVIVS L. F. PAL. PHILIPP. *Pag.* CCLV. *4. versu 7. Pighiana nobis exhibent non* ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ. ΕΞΟΥΣΙΑΣ. ΤΟ Ι. *sed* ΤΟ Γ. *cui respondet Latinum Panuinii. sed & versu 10. reponendum* ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ *loco* ΑΝΤΟΝΟΜΟΥ, *erratum non Smetii (extat enim alterum in codice eius ms.) sed operarum. quod ego in nostra hac editione correxissem, nisi putassem sphalma quadratarii: non esse, docuit præterea Pighius, in cuius libro quoque alterum comparet. Verum deliquere nostri homines Epigrammate superiore tertio. nam repræsentandum fuerat versu 3.* QVINQ. II. *versu verò 5.* FIRMINO II. *Pag.* CCLIX. *3. versu 5. scribendum* Δημονίκης *pro* δαιμονίκης, *item statim* ἐπαρχίας, *loco* ἀπαρχίας. *Casaubon. Ep. 8. v. 6. apparet legendum* PRO SALVTE. ET. FELICITATE. ANNIAE, *eiectis*, PONT. MAX. ET. *præterea versu penult.* INAVRARI. F. *Pag.* CCLX. *1. veniebat quidem in mentem reponi posse versu 12.* ASTARIVS, *quod esset* Hastarius, *sed* ACTARIVS *sanè hic locum suum tueri potest.*

Pag. CCLXII. *8. excidit versus inter quintum & sextum, quem restitues ex Cuspiano* ARABIC. ADIABENIC. PARTH *&c. Pag.* CCLXIII. *1. si licuisset per negligentiam Correctoris, haberemus versu tertio & quarto* IVL. BALBILLVS. SAC. SOL. DED. PRID.

Pag. CCLXVII. *8. Henr. Scultetus Silesius vir eruditus, descripsit ex columna in Marchionatu Badensi: & sanè propius vero est, vt* Respublica Aquensium *dicatur vrbs Badensis, vt indicat nomen, quam vt ea inscriptio reperiatur Coloniæ, quæ non est Resp. Aquensium. Pag.* CCLXX. *2. non abs re quis coniecerit hanc Epigrapham eandem cum ea quam exhibuimus pag.* CCXLIII. *7. atque ideo forsan non tam inscribendam Caracallæ, vt Smetio placuit, quam Vespasiano. Pag.* CCLXXII *5. versu 4. Choulius citat* M. ANTONINI. *Epig. 8. versu 4. habent Tobiæ Sculteti aduersaria*: PONT. MAX. FRP. *vt forte fuerit*, MAX. TR. P. *id est* Tribunitiæ potestatis &c. *Pag.* CCLXXIII. *3. posteriores schedæ Cambdeni hæc sic conceperant*: IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPO. PIO. FELICI. AVG. ET. IMP. PHILIPPO. NOBILISSIMO. CAES. TR. P. COS . . . , . *At Epig. 4. ne inter spuria quidem locum habere potest, quandoquidem tam recens est, vt impostor qui commentus est, possit adhuc in viuis esse. saltem non excedit sæculum auorum nostrorum. Pag.* CCLXXXI. *2. versu quinto & sexto habebat Fuluii scheda.* FELICI. IMP. AVG. *non* FELICI. SEMPER. AVG. AVG. *quod certè nauci est. eadem versu vltimo*: MIL. ET. AL. SENATVS. *Pag.* CCLXXXIV. *4. versui postremo, aliquammulta adhuc annectunt optimi Pighii chartæ, nempe*: D. N. M. F. PVBLIVS. SALVSTIVS. T. F. PVB. VIRGVLA. SCRIB. AED. EX. TESTAMENTO. H-S. II. *descripserat autem ex codice summi Pontificis, qui collocabat*, ad Sanctum Seuerinum, in veteri Campania.

Pag. CCLXXXV. *4. Miserè contaminata inscriptio, vt pleraque apud Lazium. hæc ita concepta fuere*: IMP. CAESARI. DNO. FL. CLA. IVLIANO. PIO. FEL. AVG PONTIFICI. MAXIMO. TRIB. P. P P. IMP. VIII. CONSVL. III. PARENTI. *Pag.* CCLXXXVIII. *3. emenda* SOROR, *erratum typographi, aut verius hominis cui correctoris munus iniunctum. Pag.* CCLXXXVIII. *5. Elegantem Scazontem ita ferè suæ integritati restitueris:*

ὁ κλεινὸς ἶνις βασιλέως Αμαζάσπ©,
ὁ Μιθρελδάτε βασιλέως Κασιγνητ©
ᾧ γαῖα πατρὶς Κασπίας πάρα κλῇθρας,
Ἴβηρ Ἴβηρ© ἐνθάδε τετάρχυται
πόλιν παρ' ἱρὴν, ἣν ἔδειμε Νικάτωρ,
ἐλαιοθηλον ἀμφὶ Μυγδόν© νᾶμα.
θανὼν δ' ὀπαδὸς Αυσόνων ἀγήτορι
μολὼν ἄνακτα Παρθικὴν ἐφ' ὑσμίνην,
πρίν περ παλάξαι χεῖρα δηΐῳ λύθρῳ
ἴφθιμον αἴχ χεῖρα δουρὶ * ΚΑΝΟΖΩΡ

καὶ

καὶ φάσγανον Κνώδοντι πεζὸς ἱππεὺς τι.
ὁ δ' αὐτὸς ἵπ᾽ς παρθένοισιν αἰδοίαις.

Et verò latet heic historia, quam ignoro. vsus verò est ἐντάσει συλλαβῆς in ἀγῶσιν, vbi ο pro ω. Epigr. 6. Tam lacerum Hippolytum, ne Æsculapius quidem restituerit. membra tamen quædam in suos artus reponi possunt. cetera diuinis ingeniis relinquimus.

ΑΓΡΕΙ . . . . ΡΙΝΕ . . . ΑΡΙΔΕΙΚΕΤΟΝ. ΑΝΔΡΑ. ΘΕΑΣΟ.

ΑΙΑ. ΤΟΝ. ΑΣΚΑΝΙΗ. ΓΕΙΝΑΤΟ. ΠΑΙΟΝΙΟΝ.

ΑΙΕΙ. ΕΥΜΕΛΙΗΙΣΙ. ΤΕΤΙΜΕΝΟΝ. ΗΓΕΜΟΝΕΣΣΙ.

. . . ΔΕ . . . ΓΑΙΗ. ΜΥΡΟΜΕΝΗ. ΦΘΙΜΕΝΟΝ

. . . . . ΟΜΗΡΕΙΟΙΣΙΝ. ΕΠΟΙΧΟΜΕΝΗ. ΕΛΕΓΟΙΣΙ

ΚΛΑΙΕΙ. ΜΗΙΟΝΙΗΣ. ΑΜΜΟΡΟΝ. ΕΥΕΠΙΗΣ.

ΚΑΙ.ΤΟ.ΜΕΝ.ΟΙΧΕΤΑΙ.ΑΥΤΟΥ.ΥΠΟ.ΠΛΗΜΜΗΙΣΙΝ.ΑΝΑΥ

ΣΗΜΑ . . . . ΓΡΑΠΤΗΝ. ΣΥΡΑΜΕΝΟΙΟ. ΛΙΘΟΝ. ΡΟΥ

Cætera non possumus. Iste Pæonius poeta disertus carus Cæsaribus domo Nicæa (natus enim ad Ascanium lacum) post mortem tumulatus fuit iuxta fluuium, cuius impetu monumentum disiectum ab Hadriano restitutum fuisse clare apparet ex illis . . . . . ΠΑΛΙ. ΘΗΚΑΤΟ. ΤΥΜΒΩ ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΜΟΥΣΗΣ ΑΙΜΟΝΑ.

Pag. CCXCIX. 2. valde diuertit à Iucundi scriptura Apianus. nam secundo versu habet A. P. R. C. DCCCCLIIII. ID. OCT. item continuat illa versu quarto, ac si nihil desit, M. VERI. L. ATTIDIVS &c. sed neque lacunæ nota est versu octauo. decimo vero legit DCCCCLIIIII. FID. denique versu penultimo & vltimo iunctim seruat: FVNCTI. ATRIVS. CLONIVS. COOPTATVS. & quidem Q. ATRII CLONII. mentio in Epigrammate Hispanico pag. MXCI 5.

Pag. CCCIII. 1. versu quarto, bene Pighii exemplar: AVGENTIVS. V. C. P. TRAD. &c. Pag. CCCIII. 9. latere sinistro statuit Pighii codex non Fortunam, sed Parcam, quæ manu vtraq; tenuerit volumen apertum, fata mortalibus legentem.

Pag. CCCV. 5. integrius liber Boissardi DIIS. MANIBVS. FELICI. CORNELIANO. PVBLICO. CVRIONALI. VIXIT. ANNIS. LVIII. IVLIA. CLOE. CONIVGI. BENEMERENTI. FECIT. Interiecta additaque parui sunt momenti: sed cum adfuerint monumento, cur resecemus, caussa nulla est; vtique nobis qui venerandæ Antiquitatis producimus, minima iuxta ac maxima; ne speties quidem rutis cæsis. Pag. CCCIX. 3. ACONIS. melius forte ACONII.

Pag. CCCXIII. 1. si placuisset Correctori, non irrepsisset lectio spuria. exemplar enim Smetianum diserte habebat Q. CAELIO. APOLL. nec aliter etiam Pighianum. quod ipsum tamen versu 6. literam addebat, fatebatque BELLONAE. Epigr. 7. Pighii liber amplius etiam habet versu secundo: S. SOL. PL. ALAGABALI. Epigr. 9. versu penult. IOVENVS nobis oggerit Pighius. at Panuinius P. OVINIVS. Pag. CCCXIV. 1. μήτε ἐπεξελθὼν, μήτε παραιτησάμενος, neque vi, neque precario. μηδὲ καινὸν ἀγῶνα νικήσας: neq; qui vicerim nouum certamen, sed vetera ludicra, Olympia & eiusmodi. ΑΠΕΙΡΑ . . . . ΜΗΝ. ΑΠΕΓΡΑΨΑΜΗΝ, vt infra ἀπογεγραμμένους. Μυκήνας & Ἄργος alterum pro altero accipi, Strabo, Grammatici veteres & hodierni scriptores notarunt. Ἥρας ἀσπὶς est Agon apud Argiuos. notissimum. Alia præterea in illa versione corrigenda erant. Infra in altera, Ἀσκλήπεια παίδων, Æsculapia cursus, aut Stadii. In sequenti προτομὴ est tantum caput cum collo, vt sunt vultus Cæsarei & aliorum in nummis, quomodo etiam vsurpat Iosephus. itaque longe differunt statua & προτομή, quantum homo totus & caput. At pictum Caput non dicitur propriè, προτομή, sed Clypeus. mox Παχὼν ΙΑ legendum, hoc est, vndecima mensis Pachon. vide Scaligerum libr. de Emendat. Temp. Pag. CCCXV. 4. longe aliter Pighiana. sic scilicet: CALVINIAE. M. SILANI. FIL. DELIC. IVL. SP. F. TYRANNIDI. VXORI. OPTIMAE. C. ALBIOS.

Pag. CCCXVI. versu 12. scribendum fuerat ΣΥΝΕΡΧΕΣΘΕ; si libuisset Correctori. Epigr. 2. orbes illos, esse coronas lemniscatas docuit Pighii liber, qui secundam Inscriptionem repræsentat sine additis punctis, tanquam si integra esset, quod probo; vt & hoc quod tertia versu priori seruat ΤΗΝ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ. Pag. CCCXVII. 1. videntur ita concepta.

Κοσμητεύοντος Πλουτάρχου Ἀχαρνέως
Στῆσεν ἀχείελος στήλην μεγακύδεσιν ἄστοις.
Πατρὸς τ' οὔνομ' ἔχων δημόθεν Εὐρωπίδης
Ἐκπρέπεος, ἀέθλοισιν ἐπασκήσας καὶ ἐφήβοις
καὶ στέφανον κῦδος μοῦνος ἐνεγκάμενος.

δῆμος Λεοντίδος φυλῆς Εὐρωπίδαι; per υ apud Stephanum Εὐρυπίδαι; apud Hesychium per η, Εὐρηπίδαι. neque errorem librariorum esse constat ex serie syllabarum. ἀχείελος aut pro ἀχείρωτος vsurpatum, quod nusquam memini legere, aut legendum ἀχείρωτος; nisi malimus maiuscula scribere, vt sit nomen, vt placuit Casaubono, cui item videbatur legi posse versu priore, μέγα κῦδος ἐνάξεις, tertio; Ἐκ βοεφέων ἀέθλοισιν ἐπασκήσας καὶ ἐφ' ἥβης. Epigr. eodem debebant corollæ istæ quatuor coniungi palmis duabus decussatis, vt quidem vidi in exemplari Pighiano, qui insuper epigrapha altera habet ΑΝΤΩΝΙΝΕΙΑ. ex vero. Epigr. 3. circa finem; reformarentur egregie:

Λαμπάδα νεικήσας σὺν ἐφήβοις τῇ δ' ἀνέθηκα
σωτυχίδης Πανθων Εὐτυχίδου Ἀθμονεύς.

Epigr. 7. versu primo sequendus Mazochius, qui habet loco LICTORI, idem quod Knibbius noster, TECT. nempe. etiam versu altero pro TEM, exhibet, ITEM. sed & versu penultimo diserte monet restare in marmore SVCESSA, vnica C. Epigr. 10. longe emendatius liber Pighii (qui & alioqui Præneste collocat) L. AELIANO. L. F. AN. PROVINCIALI. EQVO. P. ORNATO. LVPERCO. DESIG. HVIC. ORDO. DECVRION. STATVAM. DECREVIT. L. AELIANVS. VERECVNDVS. H. V. S. R. &c. Pag. CCCXXII. 2. Pighiana mss. habent à fine amplius D. D. PVBLICE. Pag. CCCXXIII. 1. versu penult. quid si; SECVNDO. TRO. D. IVLI. S. Epig. 11. mirum nisi idem est cum eo quod habemus pag. CCCXXI 9.

Pag. CCCXXIV. 12. auctior extat apud Pighium; sic videlicet: VXORI. L. PORCI. VERRINI. FLAM. CONSENSV. CONCILI P. H. C. CORNELIVS. VALENS. MARITVS. S. P. F. idem tamen liber habet nihilominus Epigramma sequens, vbi iterum CORNELII huius mentio. at ibidem versu secundo visitur non TVSCI F. sed FVSCI F. Pag. CCCXXVI. 3. legendum Θεόφραστος Μελάντα Ἐρέσιος Theophrastus Melantæ F. Eresius, quod & in mentem veniebat Casaubono, qui innuit præterea, hunc esse diuinum illum Theophrastum Aristotelis discipulum. videatur Diogenes. Epig. 11. excidit negligentia operarum litera versu penult. SCRIB.

Pag. CCCXXVII. καταξίως αὐτοῦ. e dignitate sua. post κατακεχώρικεν, in Tabulas retulit. nam inepte redditũ concessit. tãquam συγκεχώρηκεν. C. L.]hic C. nota est 5 fenarii L. autem est lustrum. intellegitur Kapitolinum. plura vide apud illustr. Scaligerum V. de Emend Temp. Sic & in nummis L. est lustrum indictionum, non Λυκάβας, vt inepte hactenus creditum. Deinde leg. ἀπαξίαν, non ἐνταξίαν, & ΙΔΙΑΙ non ΙΔΙΑΝ. &, pro virili propositis priuatim præmiis. ἆθλα enim heic sunt præmia, non certamina. τὸ κοινὸν commune palæstritarum, non cuncti. Pag. CCCXXXII. 4. videsis an malis Victorum sequi. isthæc ita citantem lib. 37. cap. 8. Variarum Lection. D. M. PVERI. SEPTENTRIONIS. QVI. ANNORVM. XII. ANTIPOLI. IN. THEATRO. &c.

Epigr. 5. versum secundum supplebat Casaubonus sic: Πάσης ἀσκήσας. sed & priore scribendum putabat iunctim Παισάνος, id est, Pæstanus; tanquam ita dixerit, quia non poterat more Græcorum Ποσειδωνιάτης. at quid si dictum Γάειος αὐτὸς Γάϊος, vt εἴκελα, & huiusmodi? Consulantur Græca Indicis Grammatici. est autem argumentum huius Epigrammatis simile illi DCXXXVI. 12. Mater genuit, mater recepit. nam vult Γαῖον παρὰ τὴν Γαῖαν dictum. itaque idem plane cum eo Crinagoræ:

Γῆ μὲν καὶ μήτηρ κικλήσκετο. γῆ μὲ καλύπτει
καὶ νέκυν. οὐ κείνης ἥδε χερειοτέρη.

obscure tamen dixit. non enim ΓΗ illa dicebatur, sed ΓΑΙΑ, quod est prænomen Romanum, & terram significat pro toni mutatione, Γαῖα quidem Terra, Γαΐα prænomen. Epig. 7. an illud SCENOB. versu 3. notet Scenobatan, nescio. libuit tantum hoc loco ponere, quod ignorarem quid aliud sibi vellet. nam non negarim esse posse cognomen, aut aliud quid. certe infra DXXXIII. 10. habemus SCENVM. SCENOBARVI. F.

Pag. CCCXXXIII. 9. Pighii liber præfert IANTINO, quod esset à viola, sicut Statii Ianthis. Pag. CCCXXXVIII. 2. excidit socordia Correctoris literula versu penult. PROTOGENES enim esse debebat. Ceterum illa adlatus vtrinque: Aramanti, nica. Genti, nica. Ἀραμάντιε νίκα. Γέντιε νίκα. agitantibus currum Aramantio & Gentio acclamabatur, vt εὖα & similia. Epigr. 4. Pighiana, meo animo rectius, C. POMPEIO. EVSCEMO. eadem item versu 4. habebant PRIMVS. versibus quoque postremis habebant;

LIBERTI. ET. LIBERTAE. HEREDES. DE. SVO. *eiecta voce* FECERVNT. *Epig. 5. v antepen. videtur compellendum in unum illud* L. AVIL. L. DIONYSIO, *vt fiat,* AVILL. DION. *vt seruant Pigh.*

Pag. CCCXLVII. *1. Scribendum versu primo* P. AEL. P. F. P. P. *ita enim citat Zamosius.* *Pag.* CCCXLVIII. *ita emendandum in primis. at Epig. 1. v. 6. legi queat* ADLECTO, *ex schedis Vrsini & Gundelachi, quarum postremi habent voce finali:* DEDICAVIT ✻ III. *Epig. 2. versu 2. emendandum* ASYNCRITI. *Epig. 9. addunt schedæ Metelli nostri:* PATRONO. DE. SE. B. M. . . AGVNTI . . . P. P. *Pag.* CCCL. *6. versu penult. continent schedæ Pighii* AELIVS RESTITVTVS, *non* ALFIVS. *melius forsan.* *Pag.* CCCLI. *5. vers. 5. pro* IMMVNES, *malim* IMMVNI, *vt* LXXXVII. *4. neque enim hic conuenit, vt de Colonia Immunium intelligamus.* *Pag.* CCCLII. *1. Velseri schedæ prope Ferrariam ponunt, habentque ver. 4.* ABVNDANTISSIMAS IN EXEMPLVM LARG. *quod non nemini sincerius videri queat nostro,* SINE EXEMPLO. *videatur* MCIII. *4. vbi huius lectionis vestigium, mea quidem coniectura. Sed nec eisdem quicquam vacui est linea quinta sequenti, vt nec vltima. at penult. habent* PARIA. DECEM, *non vt nos,* TRIGINTA. *quod etiam verius videtur. denique antipen. repræsentat integrè:* T. ANCHARIVS PRISCIANVS *quod nec displicet.* *Epig. 4. Rubei schedæ præmittebant versum vnum sed literis planè fugientibus. ceterùm illud* ANEROS, *videtur transmutandum in* ANTEROS.

Pag. CCCLIII. *ita emendandus numerus: eiecto* X *quod male irrepsit, neglexitque tollere Corrector.* *Pag* CCCLIIII. *1. v. 14. videtur leg* CVR. AQ. AC. M. *id est, ac Minutiæ. consule* CCCLXXXI *1. 3. Supra,* Magister Ægeriæ, *vt* Magister Feroniæ, *neque erratum est.*

Pag. CCCLV. *1. Insignis traiectio commissa versu 10. ita restituatur:* CVM. ANNIVS. NVMISIANVS. VIR. QVA. PROBITATE. MORVM. QVA. QVIETE. VITAE. QVOD. VIVO. IN. DOLORE. PRAESIDIVM. EST. MERVERIT. ADFECIVVM. NOSTRORVM. CONSOLATIONEM. AD. SINGVLORVM. TESTIMONIVM. PERTINERE. ADQVE. CANDOREM. ORDINIS NOSTRI. *compara cum Græcis* MXXVII. *5.* CCCCXXVIII. *11. idem est argumentum. Smetius fallitur, qui putat confictum à Pontano. quis tam imperitus harum rerum, qui non videat antiquum esse? Q. Fabii, Cæcilii Metelli, C. Marii Elogia elegantissima sunt, sed sine dubio è scriptore quodam virorum illustrium desumpta, qui longè interuallo secutus sit æuum eorum: & mihi constat vnius auctoris esse.*

Pag. CCCLV. *6. versu seqq. tertium, tantum non velle videntur:* COH. II. HADRIANAE. TRIB. LEG. XV. APOLLINARIS. *item post:* ALAE. SVLPICIAE. C. R. *illa tria verba,* TRES. PROVINCIAE. GALLIAE, *traiiciantur post vocem* ACCIPIENDIS. *Pag.* CCCLV. *1. post hanc inscriptionem in eod. lapide sequebantur minuta literæ Latinæ & Græcæ, quæ vetustate penè totæ obsoleuerunt.* *Epig. 3. forsan iustius poneretur inter sacra capite primo. sed & inscriptione illa quarta corrigendum videtur* V. P. COM. ET. COR. VEN. ET. HIST. *id est, vir perfectiss. Comes & Corrector Venetiarum & Histriæ. nam Verderii schedæ omnino seruant.* COM ET. CORR VEN. ET. HIST. *Pag.* CCCLXII. *1. ver. penul. habet Pighianus:* AEMILIVS. TITRACIVS. *item versu vltimo litera amplius:* ORDO. D. *Idem pag. sequenti Epig. 3. versu primore, scriptum habebat* CAES. II. COSS. *deinde* CCCLXIV. *1. versu quinto à fine, præferebat ab emendatrice manu,* VEFL. AVG P. P. P. ET. C. *sed & versu sequenti corrigendum ex eod. exemplari.* SABINIANVS. NOVIANVS. *adeo vt nostrum Q. videatur esse non à Smetio sed à Typographo. versu autem penult. scribendum eodem auctore:* HONORATIANVS; *vltimo iunctim,* VEFL. *Pag.* CCCLX. *6. extrita videntur nonnulla prioribus lineis in nostro; non etiam in Fabricii codice, aut Pighianis mss. versu quoque 13. idem ambo; 7* LEG. AVG *versu denique vltimo sine vlla litura Pighianus:* DECVR. ET. AVGVST. ET. MVNICIPES. MATIL. *Pag.* CCCLXIX. *5. deliquit Corrector. esse enim debebat versu sec.* NAEVIDIANO. *Pag.* CCCLXXII. *7. Fabricii Antiqq. præferunt* L. AVRELIO L. F. *Epig. 9. vix est vt non fuerit versu 3.* ET. MV. *id est* Minatii, *iterumque mox* MV. VICTORINVS. IIIIIIVIR. IIII. *quod esset,* Sexuir quater.

Pag. CCCLXXIII. *2. secundo versu habent Cittadini schedæ:* DD. L. BEBIO. L. F. *&c. ponuntque Canusiæ, non Neapoli.* *Epig. 3. melius Pighiana:* IIIIIIVIR. AVG. *item mox.* HERMA. *deinde* PATRONO. DED. *Epig. 9. eadem,* AED. PRAEF. I D. II. VIR. SVMMOCVRO. *sed loco vocis vltimæ præstaret reponi,* VIOCVRO. *vt apud Varronem. est enim is qui toties vocatur* Curator viarum. *idem ms. habebat versu 7.* M. F. ROM. *Pag.* CCCLXXVI. *3. versu 3. benè Apianus* LEG. III. CYR. *nisi dicamus* V. *idem valere intelligique* Cyrenaicam. *Pag.* CCCLXXVIII. *1. Hoc monumentum pessime à Smetio relatum. Multa præposterè posita. Lege ergo, vt olim habuimus ab amico, qui ex ipso lapide descripsit. & eodem modo relatum ab Anton. Augustino,* ATLECTVS. AB. ANTE. INTER. IMMVHES. *vbi Abante, vt in inscriptione Rauennatensi,* NEQ. ABANTE. ALIAM. PONAT. *& in alia,* ABANTE. OCVLIS. *Sic apud Propertium* inante. *Quare non est erratum Quadratarii, vt putauit summus vir Antonius Augustinus, cuius multa falsa in hoc monumentum dicta, non inscitiæ adscribimus: non enim in tantum virum illa cadere potest, sed occupationibus eius. Nam sane multa animaduertenda sunt in eius explicatione huius Saxi, præsertim in iis, quæ ad ius municipale, & municipales magistratus pertinent: quod ipse ignorare non potuit, qui summus iurisconsultus fuit. Deinde* CONSECVT. INHONORES. AEDILICIOS. *Vbi inhonores idem quod honores, vt* MXLVI. *6.* INAVARITIES, *hoc est* AVARITIES. *Apud Tertullianum* INACVS, INFIBVLA, *hoc est Acus, Fibula. apud poetam* ἐπίμηνις, *hoc est* μῆνις. *quod priuatim notat Eusthatius. quem consule necessario.* *Deinde* IMMVHES *pro immunes, culpâ Quadratarii commissum arbitratur Ant. Augustinus, cui assentimur. Deinde* DIVORVM. ET. AVGVSTOR. *pro,* ET. DIVOR. AVGVST. *vt alibi non raro. vide Cap.* III. *Indicis. Sequitur.* QVI. R. P. BARC. ITA. LEG. *Id est:* qui Reipublicæ Barcinonensium ita legauit: *Infra:* PRAEBERI, ET. TECTA PRAESTARI. *sed ductus apicum, & forma literarum petantur ab Augustino: qui, vt iam diximus, in hoc lapide exponendo per omnia fere sui dissimilis est, in notitia iuris, antiquitatis, rei Grammaticæ: quia aliud agens ea dictauit. Sed totum hoc monimentum ad exemplum eius, quod retulit Augustinus, reformandum. vbi pro* E *semper* Ξ *positum videas.*

Pag. CCCLXXXVI. *3. versu 2. adiicit Appianus & Boissardi chirographum,* ANTONIO AVITO. *Pag.* CCCLXXXVIII. *3. versu antepenult. omisit Florentius binas voces, quas sic restitues ex Vrsini ac Borromæi schedis.* VI. VIRI. AVGVSTAL. PATRONO OB. *&c.*

Pag. CCCXCI. *4. versu 3. nescio an non melius Pighii codex,* LEG. V. MAC PHALTONIS, *item versu 6.* LEG. I. MINER. MERDONIS. *vt sint nomina centurionum sub quibus militarit.* *Pag.* CCCXCIV. *1. versus penultimi lacunam supplet ms. Pighii hisce:* DEDIT. H S *II.* *Pag.* CCCXCV. *5. Mirè ab ista scriptura discrepat, quod Lipsius noster habebat in Auctario, Epig. seq. conferatur quæso. interim Vrsinianum præposui Florentino, quod huic nihil magis viderem curæ, quam vt qualicunque modo integra legeretur inscriptio quæque. quam feliciter id heic tentauerit, iudicent nasutiores: nam mihi nunc pituita molesta est.* *Epig. 8. versu 6. posset legi;* SAC. GENI. MVNICIP. *id confirmante alia Epigrapha supra pag.* CV. *12.* *Pag.* CCCXCVII. *5. ead. est cum illa pag præcedentis Epigr. 5. & forsan hoc præstantior versu primo, quod excludit illud* LENTVLO. *certe Rubei schedæ solum habebant* P CORNELIO. LEN . . . SCIPIONI, *vt pateat fuisse:* P. CORNELIO. L. F. L. N. SCIPIONI. *Pag.* CCCXCIIX. *11. Corrector noster exhibere debuisset, si nomen suum factis cohonestare amasset, versu 2.* TAVRVS. *at versum tert. ita refingit codex Pigh.* ET. SVLPITIANVS. *Pag.* CCCXCIX. *3. Sigonius lib. 2. Emendat. cap 80. citat ex Iucundo.* CROTTIO EVSEBIO. V. C. CONSVLARI. AEMILIAE. ADDITA. *& vero vox* CONSVLARI *comparet item in Pighianis. ceterum duo versus Græci corruptissimi sunt. tentabat amicissimus Casaubonus:* . . . Ιταλίης ἄρχοντα ἀγάκλυτον αἰεςήσαντο Βȣλῆ καὶ βασιλῆος, τȣ̃ σοφȣ̃ Εὐσεβίȣ.

Pag. CCCCI. *1. v. 13. legendum ex Pighio* ΠΑΡΑΙΤΙΟΣ, *volente id alioqui ipsa ratione. v. 15. corrigendum* ΑΓΑΘΟΥΣ. *alterum enim, sphalma est operarum. v. 20.* ΑΠΟΝΕΜΕΙΝ. *v. 24.* ΤΑΜΙΑΣ. *iubente vtroque Pighiano ac dictante ipsa sententia.* *Pag.* CCCCIV. *3 versu altero discrepat ab exemplari Lipsiano scheda Fuluii, habetque* PRAEF. FD. LEG. *forte;* PRAEF. F. L. LEG. *id est,* Præfecto Feriarum Latinarum. *Pag.* CCCVI. *8. diuertunt schedæ Pighii. nam habent versu primo* FABIAE. L. F. BROCILLAE. *post quoque* L. FAVIVS. AVITVS. PATER. H. A. I. R.

Pag. CCCIIX. *v. 13. legendum apparet.* FACTVRVS. REMVNERANDAM. ESSE. C. V. BENIVOLENTIAM. *v. 15. illa* QVOD. FIERI. PLACERE. DECERE, *putarim interpretamentum qualecunque literarum sequentium quatuor:* Q. F. P. D. *sed multa in hoc luculento Decreto deprauata sunt.* *Pag.* CCCCIX. *1. versum antepenultimum habere aliquid suppositiții prodit ms. liber Pighii. is enim præfert:* ARCVM. ET. ARAM. FECIT; *adiecitque margini legendum forte* ARCAM, *cuius mentio in* π. *lib.* XI.

Pag.

Pag. CCCCXI. *1. versu 8. scribendum cum schedis Vrsini ac Pighii:* PROC. PECVNIAE. P. DEFVNCTO *&c. item versu seq.* VIARVM. STERNENDARVM. *tertio verò.* PROC. XX. HER. *eadem Pighianæ postea rescribunt,* CVR. SARTORVM. TECTORVM. OPERVM. PVBL. ET. AED. SAC. AED. II. VIR. *&c. versu verò proximè sequenti nihil deest in Pigh. aut Vrs. habentque iunctim;* IIVIR. Q. Q. PATRONO, *&c.* *Pag.* CCCCXV. *3. addendum statim initio,* M. GALLIO. C. F. *sic enim Quintinus Heduus. versu penultimo, videri posset fuisse,* MVNICIPIAL. *sed idem tamen Quintinus habet,* MVNICIPALIS. *Epig. 8. ver. tertio consentit Pigh. cum illo marginali,* VIBIO. TROM. *habetq; ante versum penult.* POSVIT, *quod non comparet in nostro.*

Pagina CCCCXVI. *7. lemma habet* basis, *male pro* vasis. *quod non nouissem, ceu leuius, nisi imponeret lectori. sed & peccauit noster minimè Corrector Epig. 8. versu principe. debebat enim exhiberi,* Q. GOLIVS. *Pagina* CCCCXVIII. *2. versu penult. habent Rubei scheda,* CLASSICIANO. *rectè.* *Pag.* CCCCXXI. *3. multa in hac Epigraphe omissa sunt; aut à quadratario lapidis, aut, quod verius puto, ab eo qui exscripsit.*

Pag. CCCCXXII. *4. vers. tertio procul dubio fuit;* ALLECTO. AB. ORD. *Pag.* CCCCXXIII. *3. versu secundo, apparet transposita. repone:* VI. VIR. VE. LEG. *Pag.* CCCCXXIIII. *8. præmittunt Epigrammati schedæ Vrsinianæ:* H. V. V. S. *item habent versu penult.* CVRATOR. V. Q. *quod cùm etiam ita produxerit Apianus, sincerum arbitror.* *Pag.* CCCCXXV. *2.* Γ. Ἰσλιον Γ. ὑὸν ΦΑΒΙΑ. Σεϐῆρον χρύσμον πρῶτον μὲν πέντε καὶ δέκ' ἀνδρῶν τῶν ἐνδικαζόντων τὰ πράγματα, ἵππῳ δημοσίῳ τιμηθέντα, χιλίαρχον λεγιῶν⊕· Δ. Σκυθικῆς, Ταμίαν Κανδιδᾶτον, Δήμαρχον Κανδιδᾶτον, ἱερέα. .... *Epig. 4. melius Pighiani:* L. IVLIO. L. F. SER. CVLLEONI. *Pag.* CCCCXXVIII. *11.* γραφησομένων παρῆσαν *vertendum,* Scribundo adfuerunt. *deinde leg.* Πȣδης, *Pudens, non Spudes. postea,* ΗΜΕΤΕΡΟΥ. ΤΑΓΜΑΤΟΣ. *mox* ἐπιεικῶς καὶ ἀξίως τῆς πόλεως ἀναγραφεύσαντι, qui moderatè & ex dignitate vrbis Anagraphei officio functus est. *Notetur ergo magistratus Neapolitanorum peculiaris* Ἀναγραφεύς. *Pag.* CCCCXXIX. *3. vers. penult. leg.* M. FAVLLIVS. PAVLLINVS.

Pag. MCLII *2. odoror in postremis his*; NOMEN. EI. QVAERAS. EXORATVRI, *nomen ipsius* Paguri; *vt forsan fuerit*, NOMEN. SI. QVAERAS. EST. C. PAGVRI. *nam & illo auo lanificio assuesse sexum meliorem alibi probaui in suspicionum libellis. Pag.* MCLV. *4. forte reduci posset*, PANCHARIDI. *Pag.* MCLVII. *4. contrahemúsne in vnum versum vltimum? vt fiat*, GRAMME.

Pag. MCLXI. *Exaratum* κεντηνάρ. χιων *pro* κεντηναρίων χιλίων. *tanti fuisse ait pretiosissimum crucis Trophæum quod erexerunt Augusti illi, & vocatur hic* νικητικὸν σημεῖον. *de* centenariis *crebra mentio in libris Constantinopolitani imperii.* μόχθον χωνεῦσαι *ait Artauasdum, quia inscriptionem incidit in marmor. Epig. 2. Ait se* γεγονέναι βασιλικὸν Στρατωρα X. *Octobris feria secunda Indictione prima, anno Græcorum* VI. CCCC. VI. *Erat annus Christi vulgaris* DCCCXCVII, *duodecimus Leonis Porphyrogennetæ, cuius hic mentio fit. Erat indictio prima Cæsarea iniens secundum Constantinopolitanos, à Kal. Sept. Cyclus Solis* X. *ideo* X. *Octobris feria* II, *vt erat propositum.* Ἀντώνιος Καυλέας Πατριάρχης *intelligitur, cui successit* Νικόλαος ὁ Μυστικός. *illi vero* Στέφανος *Leo & Alexander erant fratres. sed Alexander mortuo Leone rerum potitus est. Pag.* MCLXIII *4.* TERRAE. ORET, *fecerim*, Terra fouet. *Pag.* MCLXIX. *5. videtur de Græco translatum, vt tria quatuor adhuc pagellis istis comprehensa. Ceterum Epig. seq. v. 8. legebatur in authentico:* VITARINETAM. *id putaui sine magno flagitio mutari posse in* VITAE. METAM. *eandem licentiam vsurpaui aliquoties, sed pudenter, sed stante a me & ductibus literarum, & ratione, & sensu carminis. Pag.* MCLXX. *6. Hemistichium tantum huius versus hodie superest in Basilica S. M. Maioris, quod adducit Panuinius libro de Roma Basilicis.*

Pag.

Pag. MCLXXI. *8.* PAVPER. EXCESSV) *tentabam*, PAVPERIS EX CENSV, *vt infra pag.* MCLXXVI. *6.* *Epig. 17.* SEDET. LOCA. EDE. BELLVM.) *fecerim* SEDITIO, CAEDES, BELLVM. *Pag.* MCLXXII. *13. citat & istua Onufrius eod. libello, quem non habebam ad manum, cum hæc ederentur: aliàs paucula emendassem nunc inquinatiora. legendum enim addito versu in fine*: VVLNERA. QVAE. INTVLERAT. MORTIS. METVENDA. POTESTAS. MORTE. SOPORIFERA. TVRBANT. INSOMNIA. MENTEM. *contra, idem Onufrii liber correctionem à nobis accipiet pag.* MCLXIII. *11.* *Pag.* MCLXXIII. *3. extremo*, OS. CERVIS. MANIBVS. *suspicabar*, HOSQVE. SVIS. MANIBVS. *Pag.* MCLXXVIII. *9. versu altero planè videtur restituendum*, FORTVNAE. RESPICIENTI. *malui tamen inhærere vestigiis schedarum manuscriptarum, a quibus ne latum quidem vnguem vnquam declinaui. at diuerti sæpius ab lectione librorum iam editorum, gnarus, quam sublesta fides eis qui prælo supersunt. verum id tantum vbi sententia & characterum ductus tale quid vltrò suaderet, & alioqui scriptura vulgata ne guttulam quidem in se haberet boni sensus. Exempli gratia. in Stradæ Hispanicis alibi legebatur*, V. ET. LEG. VII. GEM. *ex eis feci*, VET. LEG. VII. GEM. *hoc est*, veteranum legionis septimæ Geminæ. *item pag.* DCXC. *4. habebat exemplar*, DE. NEMINE. FATI, *quod in aliis autographis, aut* DE. NOMINE, *aut, de* SEMINE. *ego binas voces suauiter coniunxi, & formaui* DENEMINE. FATI, *reuocata voce elegantissima, qua poëtæ deinceps vtantur, non sine venustate. hæc & similia solum ausus fui, sed tamen pudenter & cum modo, veritus ne semper aspiraret fortuna, quam in potestate sua semper habuit illustris Scaliger. itaque mille amplius loca inuenies, hactenus desperatæ valetudinis, vnius alteriusve apicis transformatione felicissime manu ipsius persanata. Idem & mea fecit infinitis Epigraphis, sed post collationem plurium exemplarium. Specimen dabit pag.* VIII. *3. Erat in Lipsii auctario versu 2.* I. L. RVBRI. ANTIOCHVS. ET. HYMNVS. ET. RVFVS. *dubitabam tantum de litera principe, nihil præterea suspicatus mali: at vt incidi in Richardum, qui eandem laudaret inscriptionem; non modo confidenter illud* I. *mutaui in* L. *sed & præterea interposui*, ET. C. C. LAPPI. MVTILVS *&c. quod ipsum postea confirmarunt chartæ Fului Vrsini atq; aliorum. Verum iam finio Lector. abi ergo dum licet, & gratulare tibi quod hoc temporis articulo non reperiam aduersaria mea, quibus dudum credidi correctiones meas reliquas qualicunque coniectura subnixas. horis adhuc aliquot detinuisset te illa farrago miscella. qua tamen quid opus? si & tibi liberum est Lector, vt* capillum promittas occipiasq; ariolari?

FINIS.



Opere jam absoluto nihil restabat, quàm petere Lectoris plausum ac fauentiam: nisi viderem pluribus eam judicij esse modum, vt percursis Inscriptionibus superioribus, statim exclamaturi essent, præteritas nobis ferè reiectas ve Epigraphas bonitatis edecumata, & notæ tantum non, si vinum essent, Opimianæ. Talibus labris vt etiam sua essent lactucæ, en farraginem istam: quam ego tamen, vnaq; mecum non pauci, hoc est Senatus Criticus sententiæ melioris, meritò suspicantur spurias, adulterinas, suppositias, fictitias, & quid non?

1 *Romæ, in S. Agatha.*

M. HORATIVS. CONSVL
EX. LEGE
TEMPLVM. IOVIS. O. M
DEDICAVIT. ANNO. POST
REGES. EXACTOS
A. CONSVLIBVS. POSTEA
AD. DICTATORES. QVIA
MAIVS. IMPERIVM. ERAT
SOLENNE
CLAVI. FIGENDI. TRANS
LATVM. EST

Ex Mazochio, Apiano & Iacobonio.

2 *Romæ, non procul ab arcu Constantini.*

T. SEMPRONII. GRACCHI. COS. IMPERIO
AVSPICIOQVE. LEGIO. EXERCITVSQ. P. R
SARDINIAM. SVBEGIT. IN. EA. PROVINCIA
HOSTIVM. CAPTA. SVPRA. LXXX
MILIA. REP. FELICISSIME. GESTA. ATQVE
LIBERATIS. VECTIGALIBVS. RESTITVTIS
EXERCITVM. SALVVM. ATQ. INCOLVMEM
PLENISSIMVM. PRAEDA. DOMVM
REPORTAVIT. ITERVM. TRIVMPHANS. IN
VRBEM. ROMAM. REDIIT
CVIVS. REI. ERGO. HANC. TABVLAM
IOVI. DD

Ex Boissardi antiqq.

3 *In monte Olympo: in columna.*

I. O M. OLYMP
DE. MANVBIIS
HOSTIVM
M. LVCVLLVS. PRAET
VICTIS. MACEDONIB
THRACIB. ET. MYSIIS
V. C

Ex Theveto Cosmographiæ lib. 18. cap. 12.

4 *Prope promontorium Magnesiæ, in marmore trophæis exornato.*

I. O. M
C. IVL. CAESAR
POST. DEVICTVM
COMMVNEM. LIBER
TATIS. HOSTEM
PRO. SE. AC. SVIS
ET. LAVDE. LEGIONVM
TRIVMPH. VICT. P

Ex eodem Theveto.

5 *In agro Cordubensi.*

ARA. PROCVR. FVLGETRAE
PRO. IOVE. DEO. MAX. POPVL
PACANDO. FVLGVRIBVS. E. NV
BE. ERVMPENTIBVS

Ex Morali & Strada.

6 *Apud Carthaginem nouam.*

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
IVNONIQ. OXORI. OB. TRES. BICTORIAS. E. TRIBVS
MAXVMIS. CARTHAGINENSIVM. IMPERATORIB
PARTAS
P. SCIPIO. VICTOR. TEMPLON. POSVIT
APVD. BASVLAM. FLVVIVM. HISP

E Morali.

7 *Romæ, ad ædem D. Nerei effossum frustro marmoris cum hac inscriptione.*

PONTIFICVM. VOTIS. ANNVANT. DII. ROMANÆ. REIP
ARCANAQ. MORBIS. PRAESIDIA. APOLLINIS
IVSSV. SVMMA. CVM. VENERATIONE. EX
HOC. PALLADIS. CYPHO. SACRAMENTA
LIBARVNT. ANNVANT. QVORVM
NVTV. ROMANO. IMPERIO. REGNA. CESSERE

Ex altero latere.

VIRTVS. GENVS. PRIMVM. CONCILI
ARE. HOMINVM. MENTES. PRIVATAS
REIPVB. FORE. EXTEROS. PRIMVM. LEGI
BVS. DE. HINC. ARMIS. COMPESCERE

Ex Mazochio, Marliano, & Fauno.

8 *Ad ripam Tagi fluminis.*

AETERNI. IMPP. INVICTI. CAESS. AVGG. PERPP
DIOCLETIANVS. MAXIMINVS. GALIENVS. ET
CONSTANTINVS. TEMPLO. MATRI. DEVM. CON
STRVCTO. IN. RIPIS. TAGI. SVB. NOMINE. MAGNAE
PASITHEAE. VACCAM. FORDAM. ALBAM. PRIVA
DIANAE. SACRVM. IMMOLAVERE

E Morali Stradaque.

9 *Mundæ Hispan.*

EGO. T. BATILLVS. MVLTOR. MONT. AGRICOLA
ET. VBERE. TERRA. DIVES. ANNIVERSARIO. DEAE
CERERI. SACRO. PORCA. ILLI. MACTAT. BATIL
LIO. PATRE. MEO. PERP. OBSERVAND. VT. III
IDVS. QVINT. VNOQVOQ. AN. REDEVNTE. PORCA
IMMOL. ET. PVBL. COLLEG. EIVS. DEAE. EPVLVM
DET. S. FILIVS. MEVS. INTERMIS. CONSTITVTA
A. PRAET. MVND. MVLCTA. PVBL. ILLVM. PLECTI

Ex Morali & Strada.

1 *In Hispan. à Dianio lapide.*

PALLADI. VICTRICI. SACRVM
HIC. HOSTIVM. RELIQVIAS. PROFLI
GAVIT. CATO. VBI. ET. SACELLVM. MIRO
ARTIFICIO. STRVCTVM. ET. AEREAM
PALLADIS. EFFIGIEM. RELIQVIT
PAREANT. ERGO. ET. NOSCANT. O
MNES. SENATVS. ET. POPVLI. ROMANI
IMPERIVM. ET. DEORVM. NVMI
NE. ET. MILITVM. FORTITVDINE
ET. TVERI. ET. REGI

Ex Apiano & Strada.

3 *In insula Aegeo in basi statuæ Minervalis.*

ΑΡΤΕΜΙΣ
ΠΑΡΘΕΝΙΚΗ

Altera parte basis.

ΧΑΙΡΕ ΕΚΑΤΗ
ΠΡΟΘΥΡΑΙΑ
ΜΕΓΑΣΘΕΝΑΣ

E Cosmographia Theueti, qui vidit.

5 *In litore Oceani ad Lunæ promontorium, quod Rocam ac Sinna appellant.*

SIBIL. VATICINIVM OCCIDVIS DECRETVM

VOLVENTVR SAXA LITERIS ET ORDINE RECTIS
CVM VIDEAS OCCIDENS ORIENTIS OPES
GANGES INDVS TAGVS ERIT MIRABILE VISV
MERCES COMMVTABIT SVAS VTERQVE SIBI
SOLI AETERNO AC LVNAE DECRETVM

Meminit P. Apianus statim in principio suarum antiquitatum.

Vaticinium hoc Sibyllæ negat antiquum Gaspar Varrerius Hispanus in Commentariolo de falso Beroso Romæ edito, sed à nescio quo patrum vel auorum memoria confictum lapidi insculptum, terraque obrutum, & paulo post erutum, vt Lusitanos ad nauigationes Indicas ob pericula segniores tanquam oraculo quoq; excitaret. Hæc ad Occonem Basilius Amerbachius I. C. Basiliensis.

Sed quid vetat, fictitij huius vaticinij loco, e Seneca, vt est in choro Medeæ, verum adhibere; quum Seneca homo Hispanus sit, & de orbe nouo agat? Sic ergo habet:

venient annis
Sæcula seris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Tiphysque nouos
Detegat orbes, nec sit terris
Vltima Thule.

7 *Augustæ Taurin. in area ædium Pingonij noua inscriptio marmore pellucido Cupidinibus & Venere vetustissimis jacentibus.*

HOSPES. TE. QVID. AVORTIS
ADVORTITO
EN. ADELPHI. FVERE. CVPIDINES
CRESCEBANT. FLAMMIS. OMNIA. DEVASTAB
M IN. MATREM. DVM. ET. SEVIVNT S
VENERIS. AMORVMQ. HEIC. FACTA. INTERNECIO
HEIC. EXTINCTAE. FACES. TRIBVSQ. POS. TVMVLVS
AT. PRO. AMORIBVS. INNATAE. HEIC. AMICITIAE
QVAS. MATER. ALIT. CASTIMONIA
O. VOSVRAM. OPTIMAM
BENF. VTITOR. HOSPES. VIVITO. ET. VALETO

E Pingonio.

2 *In ruinis Emporitanorum.*

EMPORITANI. POPVLI. GRAECI
HOC. TEMPLVM. SVB. NOMINE
DIANAE. EPHES. EO. SECVLO. COND
QVO. RELICTA. GRAECOR. LINGVA
NEC. IDIOMATE. PATRIAE. IBERAE
RECEP. IN. MORES. IN. LINGVAM
IN. IVRA. IN. DITIONEM. CESSERE
ROM
M. CETEGO. ET. L. APRO
NIO. COSS

Ex Morali & Strada.

Calletia Hispan. in quadam columna.

4 EGO. ISIS. SVM. AEGYPTI. REGINA
A. MERCVRIO. ERVDITA. QVAE
EGO. LEGIBVS. STATVI. NVLLVS
SOLVET. EGO. SVM. MATER. OSIRIDIS
EGO. SVM. PRIMA. FRVGVM. INVENTRIX
EGO. SVM. ORI. REGIS. MATER
EGO. SVM. IN. ASTRO. CANIS. REFVLGENS
MIHI. BVBASTIA. VRBS. CONDITA
EST. GAVDE. GAVDE. AEGYPTE
QVAE. ME. NVTRISTI

Ex Apiano.

6 ***

MARTI. GRADIVO. PATRI. QVIRINI
COLONI. ROMANI. NOVI. NVMANTINI. TEMPLVM
EO LOCO. EREXERE. QVO. P. SCIPIO. CASTRA. ANTEA
ROMANA. HABVERAT. SALIOSQ. CONSTITVERE
KL. MARTIIS. ORDINE. DECVRIONVM. ET. REGE
SACRAMENTORVM. OPERI. PRAESIDENTE

E Morali.

S. Viti ad fluuium Salza.

8 HERCVLI. OLYMPIO
M. VELLEIVS. PRAEFECT. PANN
LIMITIS. VOVIT. DE. MANVB. HOSTIVM
TIBER. CAESAR. IMP. OPT. P. M. P. P
AB. VRBE. CONDITA. D. CC. LXIX

E Cosmographia Theueti lib. 20. cap. 6.

Barcinone.

9 EGO. Q. VALER. CASTRICVS. Q. F. HODIE. III. IDVS
AVG. DECEDENS. — CONSTI. Q. VALER. F. MEVM. EX. ASSE
HER. DVMMODO. PRO. P. VALERIA. FIL. MIHI. KA
RISS. EXIMATVR. SI. LEGITIM. E. P. FABIANO. CONIVGE. SOBOL
HABEBIT. ET. — . PRO. PRIMA. TVERE. TEMP. AESCVL
DEI. QVOD. IN. VRBE. BARCIN. EST. RESTAVR. ACT
P. ROMVLIO. CIT. HISP. PROCOS. ET. DOMITIANO. VES. F
ORBI. IMPERANTE

Ex Morali & Strada.

Barcinone.

1 D . M . S
BELLO . SERTORIANO . VVLNERE . SVSCEPTO
A. CALAGVRRITANO. IN. VIA. QVEM. MANV
EXTEMPLO . FODI. ACQVIRENDAE. VALETV
DINIS . GRATIA . BARCHINOVAM . PETII . AES
CVLAPIO . VOTA . YOVI . TEMPLVM . INGRATO
VT. FIERET . STATVI . MORTE . IMMATVRA
ME. INTERCIPIENTE. ET. A.VALETVDINE
ET. AB . AVRA . ADOLESCENTEM . MISERABILI
TER. DESTITVTVM. VIDES . EQ. M . SP. POM

Ex Apiano & Strada.

Ceretani, in jugo montium Pyrenæorum.

3 AVG. TERRA. MARIQ. VIC
TORI. ET. ELIMINATIS. SA
CERDOTIB . BONAE . DEAE
ET. COLLEGI. VII. EPVLON
COMMVN. POP. SENTEN
EXIL. CERETANI. TEMPLVM
VICT. AVG. DD Φ

Ex Strada Morali & Schotti schedis.

Celtiberiæ, in æde Dianæ.

5 SEMPRONIVS. LVSCVS. SABINVS
CARTHAGINIENSIS. TEMPLON. EO
LOCO. FECIT. QOO. CASTRA. ROMANA
FVERANT. OCTAVO. POSTEA. ANNO
QOO. P. SCIPIO. CARTHAGINEM. NOVAM
CAEPIT. ANTE. QOOD. MEOM. SEPVLCRON
FECI. QOOD. HEREDES. NON. S. SOLA
VXOR. ET. LELIA. SEQVATVR. QVOAE
ƎIFE. REMANSIT. CHARIOR. MIHI
ƎITA. MEA

E Morali.

Neapoli, in domo Tiberij Buccij.

6 PRO. RESTITVTA. VALETVDINE. EX. VOTO. AEDICVLAM. T
ANIONIVS. FELICIANVS. D. ADDICIT. EI. CONIVNCTVM. FVN
DVM. TRINVM. ET. TRICENVM. IVGERVM. CVM. OLETO. PATET
QVOQVO. VERSVS. P. DLXXX. EX. ANNVO. VECTIGALI. HAERES
DIE. NATALI. EIVS. III. KAL. SEPT. PERACTIS. SACRIS. DATO. EPV
LVM. CAPVLATIS. SACERDOTIB. AVG. CVM. HIS. ET. SANNIIS. CÆ
TERO. POPVLO. NOSTRO. ALLIF. CRVSTA. ET. MVLSVM. EX. XXV.
SI. NEGLEXERIT. DOLOVE. MALO. SVMPTVI. PEPERCERIT. FRV
CTVS. ET. MANCIPIVM. CAPVLATI. SACERD. FVNDI. ADEVNTO

E Fabricio.

Athenis in Columna.

7 HAEC. AVTEM. SVNT
ATHENAE
THESEI. PRIMVM. CIVITAS
HAEC. SVNT. ADRIANI
ET. NON. THESEI. CIVITAS

Ex Theveto qui vidit.

2 *Romæ, in S. Maria Spolia Christi.*



E Mazochio.

Camerini inventum.

4 C. TIBVLLA. C. SEMPRONII. F
L. MANI. NEPTIS
INFERNO. PLOTONI
CHARAE. OXORI. PROSERPINAE
TRICIPITIQVE. CERBERO
MVNVS. MECVM. FERENS
DAMNATAM. DEDO. ANIMAM
ƎIFAMQVE. HOC. ME. CONDO. MONVMENTO
NE. OBRVTIS. DOMOS. LAPSV. FILIIS. SEX
QOS. P. SCIPIO. PATRIIS. CAMERT
A. SALO. ET. LIBIA. INCOLVMES. RESTITVERAT
INDESOLATA. ORBITATE. SVPERSIM. MISERA
ƎIX. ANN. XXXX. M. II. DI. VIIII. HORAS. SCIT. NEMO
POSTERI. NON. INVIDEANT. QVI
SECOS. MANES. SENTIAT. IRATOS
ƎALE. ƎITA
IN. FR. P. XV. IN. AG. P. XX

E Parergis Luisini, Fabricii Antiqq. & schedis Vrsinianis Gutenstenij.

Romæ, in Burgo, in ara cuius angulos ornant muliebres virilesq; larua tutulata. Supra inscriptionem extat caput Gorgonis anguibus circumcinctum, & hinc atq; inde alis.

8 VRSVS. APIVS. CIVIS. SATRA
PES. EX. VMBRIA. IN. ARMIS
FLORVIT. ADVLESCENS. VERO
POSTQVAM. FACTVS. EST. AE
QVATVM. CAPITOLIVM. RECON
DIDIT. TABVLARVM
LEGES. SERVAVIT. R. P
A. FALISCIS. LIBERAVIT
QVIRITES. IN. EXILIVM
ACTOS. REDVXIT
PONTES. REFECIT. PLEBEM
PACAVIT. DIVISVM. IMPERI
VM. RECONCILIAVIT
VIX. ANN. XLVIII. MENS. X
D. IIII

10 *In Insula Aegeo, in columna.*

TRIBVS. ARMATORVM
MILLIBVS. SEXCENTIS
EQVITIBVS. EX. CVRRIS
POMPAM. FACTITARVNT
ANDRIOS. TENIOS. CIOS
INSVLASQVE. ALIAS
SVÆ DITIONIS. SVBIECTAS
HABVERE

E Cosmographia Theveti.

Ei mox subiicitur.

9 VITVRIA. VRSI. API. VXOR. CARISSIMA
AVGVSTI. CAES. NEPTIS. QVAE. DE. PV
DICICIA. VERSVS. CONDIDIT. VIX. ANN
XL. MENS. X. D. III. EORVM. SVPERSTI
TES. FILII. OCTO. FILIAE. SEX. PRO. SEIP
SIS. POSTERISQ. EORVM

E Mazochio Apiano & Boissardo.

1 *Romæ, in quadam vinea ad Ianiculum, quæ Balthasaris Piscie sis fuit, in quadam eleganti porticu scriptum.*

HINC. MAGNAM. LICET. AESTIMARE
ROMAM

Deinde ad dexteram altero pariete.

SALVOS. VENIRE

Pariete sinistro.

SALVOS. ABIRE

Grutero Gutenst. e Metelli schedis.

Suspicor duo ista posteriora antiqua; prius verò illud, recentis alterius epigraphen.

3 *Romæ, in via Flaminia, supra fontem.*

SI. HVMANO. INGENIO. PERPETVO
VIATORIBVS. PARARI. VINA
POTVISSENT. NON. AMOENVM
QVEM. CERNITIS. FONTEM
AQVARVM. C. LEPIDIVS. MAGNA
IMPENSA. ADDVXISSET
POTA FELIX

Ex Apiano.

Medinæ Cœli, non longè ab oppido.

4 D. PROCVLAE. C. PROC. F. SACRORVM. IGNIVM
DEAE. VEST. CVSTODI. FIDISS. COLL. VESTAL
SORORI. VIX. AN. XXII. M. VII. D. IIII. CVI
NVL. DIES. SINE. MANIFESTAR. PIET. CVR

Ex Strada.

Gerundæ, prope Vic. oppidum olim Ausa.

6 SEXTO. NVMIO. SEX. F
AVSETANOR. DECVR
A. PRIMA. IVVENTA. IN
SACRA. MINERVAE. ADSCRIP
ET. OMN. RER. SACRO
SCRIBAE. VIX. AN. LXXIIII
M. VII. DIES. LX
SEX. ET. P. FILII. PATRI. PI
ENTISSO

Ex Strada & Schotti schedis.

8 *Eboræ, in veteri arca ad portam nouam.*

Q. SERTOR......................
BELLI. CELTIBERICI. MANVBIS. IN. HONOREM.......
NOMIN. SVI. ET. COH. FORTISS. EBORENSVM. MVNICIP..
VRBEM. MOENIVIT. EOQVE. AQVAM. DIVERSIS....
IN. DVCTVM. VNVM. CONLECTIS. FONTIB.......
PERDVCENDAM. CVRAVIT..........

Ex Strada,

At Mendezius & Moralis sic eam producunt.

9 Q. SERTOR.......................
HONOREM. NOMINIS. SVI. ET. COHORT. FORT......
EBORENSVM. MVNIC. VET. EMER. VIRTVTIS. ERGO....
DON. DON. BELLO. CELTIBERICO. DE Q. MANVBIIS...
IN. PVBLIC. MVNIC. EIVS. VTILITATEM. VRB.......
MOENIVIT. EOQVE. AQVAM. DIVERSEIS. IN. DVCT.....
VNVM. COLLECTEIS. FONTIB. PERDVCENDAM. CVRAV...

2 *Libellus descriptus ad Soteram Achaiæ vrbem ab Cyriaco Anconitano.*

DECIM. SECVNDINVS. V. C. PROCVRATOR
ET. DEFENSS. CISSENSIVM. SALVTEM
VT. MEMINI. NON. REPVRGARI. MODO. AQVAE
DVCTVM. VERVMETIAM. INDVCI. AQVAS. IVSSERAM
CONFESTIM. IGITVR. IN. VETERES. CISTERNAS. AQVA
VT. SEMPER. CVRRAT. INDVCATVR. GRATIAS
AGENTE. DIVI. AVG. TEMPORIBVS. ET. MODERA
TIONI. MEAE. HESPERIO. QVOD. FVNDVS. QVI
AQVAM. PVBLIC. OCCVPAVIT. PVBLICVS. NON. FISCA
RVM. FIERI. POSSIT. IN. CISTERNIS. IPSIS. LAPIDEO
TITVLO. POSITO. VT. NVLLA. INVADENDI. PVBLICVM
RELINQVATVR. OCCASIO. MEMORES. ERITIS. PER
FECTA. HAEC. OMNIA. ANTE. DIEM. DECIMVM. KAL
IAN. VOS. AD. OFFICIVM. NVNCIARE. DEBERE. OPTO
BENEVALEATIS.

Ex Fabricio.

Arcos in Hispan.

5 P. SEXTIO. P. SEX. F. SACROR
IGNIVM. DEAE. VESTAE. OPT
MERITO. IMMVNITATE. AD
QVINQ. OPERA. EIVS. AB. IMP
NERVA. TRAIANO. CAES. AVG
TOTI. PATR. CONCES. ARCO
BRICEN. IVVEN. ET. VETER
STAT. IN. FORO. POS

E Schotti schedis.

Romæ.

7 LVCINIA. VIRGO. VESTALIS
SVMMO. LOCO. NATA. SANCTISSIMO
SACERDOTIO. PREDITA. F. FLA
MINIO A. METELLO. COSS. ARAM
ET. REDICVLAM. ET. PVLVI
NAR. SVA. SACRO. SAXO. DEDICA
VIT

E Mazochio.

Pragæ, in aula regia.

10 ....NIMVS ...PRIM. AM. MONAR
CHIAM. OBTINVI. ET. IMPERII. MEI
QVARTO. TERTIO. ANNO. PER. NA
TIVITATEM. ABRAHAE. ADVENTVS
SALVATORIS. SVB. IMPERIO. AV
GVSTI. QVADRAGESIMO. SECVNDO
ANNO. FIDELIBVS. FIGVRATVR. ALEX
ANDER. ..I. SECVNDAM. EGO. MO
NARCHIAM. PRIMA. DEBILIOREM
RETINVI. ET. MOMENTANEAM. MAGIS
DONEC. A. CASSANDRO. VENENATVS
OCCVBVI. ...TOLA. CARTAGINEN
SIVM. DVCTOR. PRIMVS. MERIDIONALIS
MONARCHIAE. FVNDAMENTA. DISPO
SVI. QVAE. TERTIO. NVMERATVR
EXITV. QVIDEM. INFAVSTA. MAGIS
.... ROMVLVS. GLORIOSIOR. OM
NIBVS. HAEC. QVARTA. MONARCHIA
EFFVLSIT. NOMINE. ROMAE. QVAM
EGO. INCEPI. MEIS. ADOLES
CENTIBVS. ANNIS

Ex Apiano.

1 *Romæ, in arca ærea repertum.*

NVMA. POMPILIVS
PER. GRATIAM. DEAE. AEGERIAE
REX. S. P. Q. R
PERFECTAM. RELIGIONEM: EXOPTANS
LEGES. VBIQ. TERRARVM. INQVIRENS
AD. IVSTE. SANCTEQ. VIVENDVM
ORATORES. QVAMPLVRIMOS. MISIT
PER. VNIVERSVM. ORBEM. EVROPAM
ASIAM. AFRICAM. VT. NOMINVM
QVORVMCVNQVE. MORES. LEGES
STATVTA. CONDITIONES. PERBELLE
NOSSENT
TANDEM. HOMINES. IN. EXTREMO
BALEAR. SITV. NACTI. SVNT. PROBISS
VITAM. AGENTES. PHILOSOPHIAE
ADDICTOS. GRAECE. LOQVENTES IN
MARIS. CONFINIO. ANTRA. DELIGENTES
PRO. DOMIBVS. PANNOSIS. VESTIBVS
INDVTOS. PARCISSIME. VICTITANTES
ARBORVM. QVIBVSDAM. FOLIIS. SCRI
BENTES. QVORVM. LEGES. CETERI
OBSERVENT..............................
....

Ex Michaele Scrinio.

2 *Polæ in Dalmatia.*

ALEXANDEFR. PHILIPPI. REGIS. MACEDONVM
ARCHOS. MONARCHIAE. FIGVRATVS
GRAECORVM. IMPERII. INCHOATOR
MAGNI. IOVIS. FILIVS. PER. ATANABVM
NVNCIATVS. ALLOCVTOR. BRAGMANORVM
ET. ARBORVM. SOLIS. ET. LVNAE
CONCVLCATOR. PERSARVM. AC. MEDORVM
MVNDI. DOMINVS. AB. ORTV. SOLIS. VSQVE
AD. OCCASVM. A. SEPTEMTRIONE. VSQVE
AD. MERIDIEM. ILLVSTRI. PROSAPIAE
SLAVORVM. ET. LINGVAE. EORVM. PACEM
A. NOBIS. ET. SVCCEDENTIBVS. NOBIS
QVONIAM. NOBIS. SEMPER. AFFVISTIS
IN. FIDE. VERACES. IN. ARMIS. STRENVI
COADIVTORES. NOSTRI. BELLICOSI. ET. FORTES
IDCIRCO. CONFERIMVS. VOBIS. TOTAM
PLAGAM. TERRAE. ITALIAE. ΠΟΛΑ
VT. QVI. INHABITAVERINT. SINT. SVBDITI
VESTRI. ET. VESTRI. SERVI. TESTES. AVTEM
HVIVSCE. REI. SVNT. LOGOTECTA. NOSTER
ET. ALII. PRINCIPES. XI. QVOS. NOBIS. SINE
PROLE. DECEDENTIBVS. RELINQVIMVS
NOSTROS. HEREDES. ET. TOTIVS. ORBIS

Ex Manutij Orthographia.

3 *Cesenæ ad secundum lapidem, in ripa Rubiconis. Decretum Senatus.*

IVSSV. MANDATVVE. P. R. COS
IMP. MILI. TYRO. COMILITO
MANIPVLARISVOE. CENT. TVR
MAEVE. LEGIONARIAE. ARMAT
QVISQVIS. ES. HIC. SISTITO. VE
XILLVM. SINITO. NEC. CITRA
HVNC. AMNEM. RVBICONEM
SIGNA. ARMA. DVCTVM. CO
MEATVM. EXERCITVMNE. TR sic
ADVCITO. SI. QVIS. HIVSSCE
IVSSIONIS. ERGO. ADVERSVS
IERIT. FECERITVE. ADIVDICAT
VS. ESTO. HOSTIS. P. R. AC. SI. CO
NTRA. PATRIAM. ARMA. TVLER
IT. SACROSQVE. PENATES. E. PEN
ETRALIBVS. ASPORTAVERIT. SA
NCTIO. PLEBISCI. SENATVS
VE. CONSVLTI. VLTRA. HOS. FI
NES. ARMA. PROFERRE. LICEAT
NEMINI
S. P. Q. R

Ex Aldo & inf. Smetij.

4 *Arimini.*

C. CAESAR
DICT
RVBICONE
SVPERATO
CIVIL. BEL
COMMILIT
SVOS. HIC
IN. FORO. AR
ADLOCVT

Ex Obseruationibus militaribus Simeonij.

5 *In ore pontis Euxini supra montem erigitur columna alta pedes XVII. crassa octo & semis: in basi scribitur.*

CAESAR
TANTVS
ERAT. QV
OD. NVLLVS
MAIOR. IN
ORBE

E Theveti Cosmographiæ libro VIII. cap. XI.

6 *Apud Benacum.*

D. D
IMP. CAESAR. PRO. SALVTE
DIVAE. CORNELIAE. SACR
VIVENTE. M. TVLLIO. ET. L
CRASSO. ET. PETRONIO. SCE
VOLA. II. VIR
HOSPES. ERAT. CAESAR. CORNELIAE
Q. PATER

Gruterus è Vetderianis.

7 *Romæ, anima Cæsaris, id est Cometæ subscriptio adiecta simulachro Diui Cæsaris per Octauianum Aug. quod simulachrum omnium est vetustissimum.*

IPSIS LVDORVM MEORVM DIEBVS
SYDVS CRINITVM PER VII. DIES
IN REGIONE CELI SVB SEPTEM
TRIONIB. EST CONSPECTVM

Ex Apiano.

1 *Prope Salodium.*

M. AGRIPPA. P. AFRANII. PATRON
VXORE. LACRIMANTE. GRATIA
ET. PIETATE. DIVAE. IVLIAE
SALVTIS. TVMVLVM. FIERI
IVSSIT
IVLIA. POMPEI. CONIVNX. FIDELIS
AMORE
CVM. CECIDIT. VENERI. IVSSIT
AGRIPPA. SACRVM

Gruterus è Verderij schedis.

4 *Arimini, in arcu triumphali, portâ quæ respicit Meridiem.*

IMP. CAESAR. DIVI. IVL. FIL
AVGVSTVS. PONT. MAX. COS. XIII
TRIB. POT. XXVII. P. P. MVRVM. DEDIT
CVRANTE. L. TVRCIO. SECOND
APRONIANO. PRAEFECT. VRB. F
ACTEIO. V. C. CORRECT. FLAM. ET
PICENI.

Altero latere.

5 COS. SEPTIMO. DESIGNAT
OCTAVO. M. V. CELEBERRIIMEIS
ITALIAE. VIEIS. CONSILIO
SENAT. POP

Ex Theveti Cosmogr lib. 17. c. 18.

8 *Romæ, in porticu templi Gregorij, ad Velabrum.*

TEMPORIBVS. CLAVDII. TIBERII
FACTA. HOMINVM. ARMIGERORVM
OSTENTATIONE. ROMAE. SEPTIES
DECIES. CENTENA. MILLIA
LXXX. XLVII. MIL. X

Ex Mazochio Apiano & Lazio.

9 *Placentiæ in Hispan. in hortis Simonis Guedez in columna.*

VNIVERSAE. HISPANIAE. VESPAS.......
IMP. AVG. IACTATVS. PROCELLIS. REI. PVBL
IVS. LATII. TRIBVIT

Gutenstenius ex Metelli schedis.

2 *Arelate in loco Baus.*

IVLIA. IVLII. CAESARIS. DICTATORIS. FILIA
MAGNI. POMPEI. VXOR

A Scaligero.

Romæ, in porticu S. Gregorij in Velabro.

3 C. I. C. AVGVST. ORBEM. TERRARVM. NOSTRIS
ARMIS. NOSTRAQVE. VIRTVTE. PERDOMITVM
AD. VNAM. TANDEM. REDEGIMVS. MONARCHIAM

E Mazochio.

Prope Haridam Hispan. in agro.

6 GERMANICO. DRVSI. F. SACR
C. HVEGO. QVI. IN. GERMA
NIA. IN. LEG. II. SVB. EO. III
IMP. A. MILITIB. APPELLAT
MILITAVERAT. IN. CELTIB
REVERS. P

Ex Strada.

7 *Gallipoli (quam vult à Caligula habere nomen Thevetus) in lapide muro incluso.*

C. CALIGVLA. IMP. AVGVST
PP. P. MAX
IN. SVI. NOMINIS. ET
CAESARVM. GLORIAM
HVIVS. VRBIS
FVNDAMENTA. IECIT
ANN. AB. VRB. COND. DCC
XCII. NON. FEBR

Ex Cosmographia eiusdem lib 18. cap. 1.

10 *Puteolis.*

DD. NN. IMP. CAES. TRAIANVS. PP
INVICTVS. AVG. MVRIS. CVRIONENSIB
AEDIFICIIS. PROVIDENTIA. SVA
INSTITVTIS. ATQ. ERECTIS
PORTAM. PVTEOLANORVM. HERCVLEAM
VOCARI. IVSERE

E Scip. Mazeliæ antiqq. Puteol.

1 *Traianopoli in marmoreo cippo literis non fugientibus.*

VLP. TRAIANO. CRINIT
FELICI. VICT. SEMPER
AVG. AC
DIVAE. PLOTINAE. CONIVG
CHARISS. D. NERVAE. F. AVGVST
AEL. HADRIANVS. IMPER. AVG
P. P. EX. VOTO. FECIT
AC. I. O. M. CONSECRAVIT
ANN. VRB. COND. DCCCXCIX

Ex Cosmographiæ libro 18. cap. vltimo Theveti qui vidit.

2 *Aquis Sextijs in domo primi Præsidis.*

PLOTINA. TRAIANI. VXOR. SVMMA. HO
NESTATE. ET. INTEGRITATE. FVLGENS
STERILITATIS. DEFECTV. SINE. PROLE. FE
CIT. CONIVGEM. QVI. EIVS. OPERA. ADRIA
NVM. ADOPTATVM. IN. IMPERIO. SVCCES
SOREM. HABVIT. A. QVO. IN. BENEFICII
MEMORIAM. NEMAVSI. AEDE. SACRA. MA
XIMO. SVMPTV. SVBLIMIQVE. STRVCTVRA
AC. HYMNORVM. CANTV. DECORATA
POST. MORTEM. DONATA. EST

Ex Poldi Nemausensibus.

3 *Troiæ, in columna arcus.*

IMPERATOR
CAESAR. MAR. AVR. ANTO
NINVS. PIVS. FELIX. PAR
THICVS. MAXIMVS. GERMANI
CVS. MAXIMVS. TRIB. PL. IMP
PO. XV. MAXIMVS. IMP. COS
III. PROVINCIAM. ASIAM. PER
VIAM. ET. FLVMINA. PONTIBVS
SVBIVGAVIT

4 *Ab altero latere.*

IMP. CAESAR. AVG. DIO
CLETIANO. P. COS. II. REGNANTE
TRIBVNICIA. VICIT. POTESTA
TE. M. F. T. ET. CLAVDIVS
C. VIII. P. ROM

Ex Cosmographiæ Theveti lib. VIII cap. IIII. aliter (nec tamen multo sincerius) Bellonius lib. 2. Obseruation. cap 6.

5 *In Cypro Insula maris mediterranei.*

IANO. CLEMENTISSIMO. PRINCIPI. OPTIMO. NOBILISS. Q
HIERVSALEM. CYPRI. ARMENIAEQ. REGI. POPVLVS
CYPRIVS. QVOD. SVA. INSVPERABILI. VIRTVTE. PERENNI
CONSTANTIA. ET. LONGANIMITATE. REGVM. PIENTIS
SIMVM. PLVRIFARIAM. NEFANDOR. IMANITATE
INFESTISSIMISQ. COLLAPSVM. PRELIIS. BARBARICA
DENIQVE. INCVRSIONE. SVBLATA. RESTITVIT

Ex Apiano.

Messanæ Insulæ Siciliæ.

1 S . P . Q . R

APPIO. CLAVDIO. Q. FABIO. COS. ALTERO. MESSANAM. SICILIAE. CIVITATEM. CLASSE. PROFECTO. RESERANTE. PERCEPIT. HIERONEM. SIRACVSANORVM. REGEM. POENORVMQ. COPIAS. HIERONI CONIVNCTAS. TAM CELERITER. SVPERATAS. VT. APPIVM. CLAVDIVM. CONSVLEM AD. HANC. REM. GERENDAM. POTIVS. CIVITAS. SVÆ. VIRTVTIS. ADMIRATOREM. QVAM. BELLI. SVSCIPERET. ADIVTOREM. NAM. REX. POENIQ. VRBIS NON. TAM. MVLTITVDINE. QVAM. ANIMOSA. NOBILITATE. PROPVLSI. VICTOS. PRIVSQVAM. SE DEDICERE CONGRESSOS. QVI. ANTE. CONSVLIS. ADVENTVM. VLTRA. LEONTINVM. PROFVGI. PACEM. EXPOSCENTES ROMANORVM. GLORIA. MESSANENSIVM. NOBILITATE. PROPRIAQ. MVLCTA. DVCENTA. TALENTA. AERARIO. SOLVENDO SVPPLICES. IMPETRARVNT. OB. QVOD STATVIT. VRBEM. IPSAM. TITVLO. NOBILITATIS. EXTOLLI. ALIISQ. PROVINCIAE. CIVITATIBVS. SACERDOTES. DARE. EIVSQ. CIVES. ROMANORVM. HONORE ET. SICILIAE. CAPVT. ILLIC. FVNGI. POTESTATE. ROMANA. LAPIDES. EIVS. A. LEONTINO. VSQ. AD. PHAEDAS EXTENDI. NAM. ID. SPACIVM. CAETERIS. DEFICIENTIBVS. ROMANAE. DITIONI. SERVAVIT. CHIROGRAPHVM. HOC. FASTIS. ROMANIS. ADIVNCTVM. LAVDEM. CIVITATIS. OSTENTANS. ADSCRIBI. ROMANAMQVE GRATITVDINEM . MERITO RESPONDERE

ADPROBATVM. EST. HOC. DECRETVM. PATRVM. A. CN. CALATINO. PL. TRIBVNO. POST. VRB. COND. ANNO QVADRINGENTESIMO. OCTVAGESIMO. TERTIO. REMPVBLICAM. PRIMO. BELLO. PVNICO. CONTVRBANTE

Messanæ.

2 S . P . Q . R

SERVIO. FVLVIO . FLACCO. P. CALPVRNIO. PISONE. COS. VRBEM. MESSANAM. A. PROVINTIAE. COLONIAE TRIBVTIS. CVIVSLIBET. VECTIGALIS. FIXI. MOBILISQ. PONDERE. PER. OMNIA. SECVLA. LIBERAVIT. QVIA DVM. SICILIAE. GRAVE. FORMIDABILEQ. BELLVM. SERVILE. MVLTITVDINE. CONSPIRATORVM. INSTRVCTV COPIARVM. POTENTIAEQ. MAGNITVDINE. SVBIVGASSET. QVOD. PRIVS ROMANVS. PRAETORES. DISPERSERAT. CONSVLES. QVOQ. TERRVERAT. SERVOS. MESSANA. SAGACITER. HABITOS. PACE. MATVRE. FRENATOS QVIN. VNO. P. CALPVRNIO. CONSVLI DESIGNANDO. LVCEM. SICVLIS. ROMANO. POPVLO. STIMVLOS. ET. A. SE FVTVRVM. COMPAR. ABSTVLIT. NOCVMENTVM. VTQVE. SE. VILI. SERVITVTE. ERIPVIT. PRECIOSA. LIBERALITATE. GAVDERET. EX. HOC. ENIM. PRAESENS. CHIROGRAPHVM. FASTIS. ROMANIS. ADIVNCTVM. LAVDEM CIVITATIS. OSTENTANS. DECREVIT. ADSCRIBI. VT. GRATIA. MERITIS. ROMANA. CIRCVMSCRIPTIO. COAEQVARET

ADPROBATVM. EST. PRAESENS. PATRVM. DECRETVM. AB. OCTAVIO. PL. TRIBVNO. POST. VRBEM. COND ANN. D. CXX. REMPVBLICAM. BELLO. SERVILI. TVRBANTE

Ex Apiano.

Messanæ in Sicilia.

3 S. P. Q. R

SERVIO. FVLVIO. P. CALPVRNIO. PISONE. COSS VRBEM. MESSANAM A. PROVINCIAE. COLONIAE. TRIBVTIS. CVIVSLIBET. VECTIGALIS. FIXI. MOBILIQ. PONDERE PER. OMNIA. SECVLA. LIBERAVIT APPROBATVM. EST. HOC. PATRVM DECRETVM. AB. OCTAVIO. PL. TRIBVNO P. V.C. A. CIↃ. CC. XX. REM. P. BELLO SERVILI. TVRBANTE

Ex Theveti Cosmographiæ lib. XVII. cap. XIII.

Caparæ in Hispan.

4 T. VICTVRIO. ET. C. SEMPRONIO. COSS POPVLVS. PROVINCIAE. ARENAT. OB SVPERIOR. TEMPORVM. BELLA. AD. SVMMAM INOPIAM. REDACTIS. IMMVNITAS. DATA EST. QVOAD. QVICQVID. TERRARVM. AD EMERITAM. VSQVE. AVGVSTAM. INTERIACET LAPIDIBVS. STERNERETVR. GENSVERE SIQVIDEM. E. MAIESTATE. AVGVSTI. DIVI. F AC. S. P. Q. R. DIGNITATE. ET. AMPLITVDINE HOC. ESSE. VT. PROVINCIAE. PORRO. AB. ITALIA CONSTITVTAE. QVAE. DE. REP. RO. BENE MERITAE. ESSENT. IN. MELIOREM. CVLTVM REDVCERENTVR. ITAQ. T. MVRCIO. PROVINCIAE HISP. CITERIORIS. PRAETORI. DEMANDATVM EST. VT. CCCCX. PONDO. ARGENTI. E. PVBLICIS POPVLI. RO. EMOLVMENTIS. QVAE. PRAETERITIS TEMPOR. QVAESTORES. RECEPISSENT. PROVINCIAM SVBLEVARET. ET. PONDO. E. PROVINCIALIBVS QVAE. AD. PHILIPPOS. QVAE. AD. ACTIACVM SVPERERANT. AVT. QVAE. IN. AERARIVM NONDVM. RELATA. FVERANT. CLX

E Morali.

Romæ.

5 TERTVLLVS DEI GRATIA INVICTISSIMAE REGINAE COELI TERRAEQVE CIVITATIS ROMANAE PATRITIVS DICTATORIBVS MAGISTRATIBVS SENATORIBVS CONSVLIBVS PRAEFECTIS CENSORIBVS ET OMNIBVS PER TOTVM ORBEM COMMORANTIBVS SALVTEM ET PERPETVAM PACEM. NOS NON AMBIGIMVS. S. P. Q. R. TOTIVS MVNDI DOMINOS DOMINATORES REGESQVE ET PRAESVLES FVISSE. CVM QVICQVID SVBIACET CAELO VICISSENT VT IN SERVITVTEM REDEGISSENT ET ROMA TOTIVS ORBIS REGINAM CONSTITVISSENT AETERNAM A DEO CONSERVATAM VRBEM ROMANAM SINGVLARI VIRTVTE. FERTILITATE POTENTIA SAPIENTIA ET POLLVCITATE ET PVLCHRITVDINE BONITATEQVE DIFFINITORIS TOTO ORBE. SACRATAM ERGO QVIA TANTORVM HONORVM AVCTOREM DEVM NOBIS HAEC OMNIA CONCEDENTEM ADORARE COLERE VENERARI NEC NON BASILICAS POSSESSIONIBVS DOTARE DEBEMVS IC CIRCO EGO QVASVM TERTVLLVS DEI GRATIA ROMANAE VRBIS PATRITIVS CONCEDO TIBI IN PERPETVVM PATRI BENEDICTO ET TVIS SVCCESSORIBVS ET ÆIVS SVCCESSORIBVS IN CASTRO CENOBII SANCTI BAPTISTAE IOANNIS CENOBIADE QVERENTIBVS OMNES PATRIMONII MEI TERRAS QVAE ESSE VIDENTVR IN SICILIA CVM SERVIS DVOBVS: VEGETIS VXORIBVS EORVM ET FILIIS IN MESSANA MODIA TERRAE. XXX. CVM PORTV SVO IN ACCIO MODIA TERRAE. XX. IN CIVITATE CATANENSI. VI. IN AGRIGENTO. CCC. IVXTA SYRACVSAS ET ACHATA. V. IVXTA PADIVM CCC. IN ARGENTINO. IIII. IN TINDIN. CL. AC OMNES ECCLESIAS CVM SVIS AQVIS PISCINIS ET AQVARVM DECVRS. AD EASDEM TERRAS PERTINENTIBVS ET IDEM SANCTO CENOBIO SI QVIS AVTEM HOC DECRETVM VIOLARE PRAESVMPSERIT. XIIII. TALENTA AVRI PVRISSIMI ROMANO PERSOLVAT IMPERIO: ET HOC DECRETVM PRISTINVM ROBVR OBTINEAT: ACTVM EST HOC DECRETVM. XI. KL. IVLII ANNO IMPERII IVSTINIANI. V. XXX. XXVI. OLYMPIADAE.

EGO TERTVLLVS MANVS MEAE SIGNO ROBORAVI.
EGO SYMACHVS CONSVL SVBSCRIPSI.
EGO VITELLIANVS COS. SVBSCRIPSI.
TV COELI TERRAEQVE IMPERATRIX ET DOMINA ROMA SVE CVIVS VIRTVTE TOTVS TREMISCIT ORBIS.

E Mazochio.

1 *Formula contractus edita in Italia ex membranis miræ vetustatis, ex bibliotheca And. Alciati.*

PASCVTIVS. CVLITA. PASCVTII. CVLITAE. F. SARNENSIS. SARCVLARIVS. CVM. PIGNATIA. NIGELLA. QVÆ. VIRO SVO. NVNC. HIC. ADEST. ET. SVO. ET. VXORIS. NOMINE. VENDIT. SEGNITIO. FVNESTILLO. ACERRANO. VIATORI. QVI IPSVS. EMIT. SIBI. LIBERIS. NEPOTIBVS. PRONEPOTIBVSQ. SVIS. CVM. OMNI. POSTERITATE. DOMVNCVLAM. SITA. EST. SARNENSI. IN. SVBVRBIO. SECVNDVM. FLVMEN. TRIBVLES. AC. VICINOS. BONOS. HABET. PILVTIVM. RVFILLVM. COCLEATIVM. SVRRIPONEM. ITEMQ. LARDATIVM. FABARONEM. PROBA. EST DOMVNCVLA. TOTA. PROBA. CONTIGNATIO. PROBVS. PARIES. TECTVM. IPSVM. PROBE. CANTERIATVM. AD SERVLATVMQVE. QVERNIS. ETIAM. SCANDVLIS. AVERVNCONIS. FABRI. PROBA. CISTERNA. SINE. VLLO. SALICVLI. VITIO. AVT. LATRINAE. SERVITVTE. FVNDAMENTA. BENE. IACTA. VOLVTABRVM. LVTVLENTVM. IN QVO. VICINIAE. TOTIVS. SORDES. DESIDEANT. ARVLA. AD SOLEM. MERIDIANVM. EXPOSITA. FIRMITERQ. QVATERNATA. VNCIOLÆ. TRES. PRECIVM. TV. PASCVTI. ACCEPISSE. ARGENTVM. OMNE. PERPENSVM. PROBE ET. ENVMERATVM. FATERIS. TIBI. VERO. SEGNITI. EA. DOMVNCVLA. SOLENNI. MORE. EST. A. PASCVTIO EVINCVNDA. AB. IPSIS. ETIAM. FVNDAMENTIS. TOTA. CVM. TECTO. ADSERIBVS. CANTERIIS. CLAVICVLIS SCALIS FORIBVS. CVLINAE. VOLVTABRIQ. DECVRSIBVS. AB. INFIMO. SOLO. AD. VSQVE. COELI. SVBSELLIVM CVM. IPSO. ETIAM. COELO. CVMQVE. TERRAE. IMIS. ATQ. PERIMIS. INFERNISQVE. SISTES. AVTEM. IN. OMNI FORO. ET. CAVSA. FESTIS. PROFESTISQ. FASTIS. NEFASTISQVE. DIEBVS. SEGNITIO. AC. SEGNITII. POSTERIS. PRO. QVO PRAESTANDO. PRAEDIA. SVPELLECTILEMQVE. SVAM. ET. CVM. EA. BASEM. COFINVM. RISCVM AC RETE. TRIPLVMBATVM. OBLIGATVM. OBLIGAT. SEQVE. STATVRVM. IN. PRAETORIO. AD. IVDICEM. TV PASCVTI. FVSTE. ILLVM. INVESTITO. TV. SEGNITI. FVSTEM. IPSVM. MANV. CAPITO. HÆCCE. VTI. VERA. SVNT SCIENS. VOLENSQ. SVÆ. SPONTIS. ATQVE EX. CONVENTO VTQVE. INTER. VIROS. BONOS. DECET. VTERQ. AGITIS. MEQVE. VT SCRIBAM. ROGATIS. IVREQ. IVRANDO. CVNCTA. HAEC. CONFIRMATIS. TESTES. ADSVNT. DE MORE. ADCITI. ROGATIQVE. VIRI. VTIQVE. PROBI.

PLOTIVS. LOCVSTA. FESVLANVS
CASELLIO. ALBANVS
LICIDA. ALBVTIVS. FREGELLANVS.

HÆCCE. SICCE. CONVENERE. HISCE. VERBIS. HISCE. CONDITIONIBVS. ACTA. ET. TRANSACTA. SVNT. HISCE ADSENTIENTE. VXORE. PIGNATIA. VT. PAR. EST. VIROS. INTER. BONOS. BENE. AGIER. CAL. QVINTILIB. PRAET. BALBO. BAEBIVS. PORCA.

Ex Fabricio.

Medinæ Cœli in Hispan.

2 D . M . S
AEL. FABIAN. AEL. FABIAN. F. QVAE. MAGNO
CAST. ET. PVDICITIAE. EXEMPLO. IN. VRBE. CELESTA
D.V. FVIT. ET. QVAE. VITA. DECED. CVM. PVB. POPVLI
LVCTV. TOTA. VRBE FVN. PROSEQVEN. V. KALEND
SEXTIL. ELATA. ANTE. AED. MINERVAE. SEPVLTA
EST. Q. PVBLICIVS. Q. F. CONIVGI. B. M. QVAE
VIXIT. ANN. XXXVIII

Ex Strada.

Romæ, juxta S. Andreæ.

5 D. M. TERTIAE. AEMILIAE. DIVAE
DIVI. QVONDAM. M. SCIPIONIS
AF. CONLIBERTAE. AC. VXORI
GRATISSIMAE. QVAE. VIXIT. ANN
XLII. MEN. II. DIEBVS. XVII

Ex Mazochio & Apiano.

Romæ, in domo Colotiana.

6 M. ANNAEO. LVCANO
CORDVBENSI. POETAE
BENEFICIO. NERONIS
FAMA. SERVATA

E Fabricij antiqq.

Patauij ad S. Laurentij.

7 INCLYTVS ANTENOR. PATRIAM. VOX. NISA. QVIETEM
TRANSTVLIT. HVC. HENETVM . DARDANIVMQ. FVGAS
EXPVLIT. EVGANEOS . PATAVINAM . CONDIDIT . VRBEM
QVEM. TENET. HIC. HVMILI. MARMORE. CAESA. DOMVS

Passim citatur.

3 *Patauij in summo Templo.*

P. AEMILIVS IMP. MACEDONIAM. TERRARVM. IMPERIO. POTITAM. CEPIT. CVIVS. VNO. DIE. LXXII. VRBES. VENDIDIT ETIAM. INDIAE. VICTOR. PER. VESTIGIA. LIBERI. PATRIS. ATQVE. HERCVLIS. ROMANA. SIGNA. CIRCVMTVLIT

E Fabricio.

In Lusitania, non longe à terra Arana.

4 L. AEMILIO. LVCII. AEMILII. FILIO. IN. ACIE. MORTVO. CVM MEMORABILI. CONTRA. VIRIATVM. FORTITVDINE. SE. EXERCERET. LACIENSES QVORVM REMP. CVM. ADMIRABILI. OMNI TEMPORE. CVRA. TVTARAT. BASIM. CVM. VRNA. ET. STATVAM IN. LOCO. PATRIAE. PVBLICO. EREXERE. HONORIS. LIBERTATISQVE. ERGO

E Fabricio.

Monobricæ Hispan.

8 T. AVLO. MONOBRICENSI. III. VIRO. EQVO PVBLICO. DON. AB. IMP. CAES. AEL. HADR AVG. DIVI. NERVAE. TRAIANI. F. III. VIRI VNA. CVM. ORD. EQVEST. ET. POPVLO. OB IMMVNITAT. AB. EODEM. IMP. AD. QVINQ OBT. ET. OB. PVBLICA. IN. TOTAM. PATRIAM BENEFAC. STATVAM. IN. FORO. MONOBRIC ANTE. AEDEM. MINERVAE. SOLEN. QVIN QVAT. DIE. DECR. POS

Ex Morali & Strada.

1 *Vbi inventum, ignoratur.*

L.CAECILIVS.L.F. METELLVS.PONT.MAX.COS.II.DI
CTATOR. MAG. EQ.XV. VIR. AG. DAND. QVI.PRIMVS
ELEPHANTOS. PRIMO. PVNICO. BELLO. DVXIT. IN
TRIVMPHO. PRIMARIVS. BELLATOR. OPTVMVS.
ORATOR. FORTISSIMVS. IMPERATOR. AVSPICIO
SVO. MAXIMAS. RES. GESSIT. MAXIMO. VSVS. HONO
RE. SVMMA. SAPIENTIA. MAX. SEN. PARTAM. EX
ÆQVO. PECVNIAM. MAG. SING. L. RELIQVIT. CLARIS
SIMVS. IN. CIVITATE. FVIT. TRIBVTVM. EI. VT. QVO
TIES. IN. SENATVM. IRET. CVRRV. VEHERETVR. AD
CVRIAM. QVOD. A. CONDITO. ÆVO. NVLLI. ALII. CON
TIGIT

E Fabricio.

Romæ.

3 TI. CLAVDIVS. AVG. L
PALLAS
HVIC. SENATVS. OB. FIDEM
PIETATEM. QVE. ERGA
PATRONOS. ORNAMENTA
PRÆTORIA. DECREVIT
ET. HS. CENTIES. QVIN
QVAGIES. CVIVS HONORE
CONTENTVS. FVIT

Habet Aldus; verùm haud putem extare, sed sumptum ex Epistolis Plinij.

Castuli Hispan.

4 CN. ET. P. SCIPIONIB. E. PATRIC
CORNELIORVM. GENTE. COMMVNI
PATRIAE. IMPEN. CASTVLO
BENEF. MEMORES. ARAS. ET
TEMPLA. AD. XX. P. DI. V
EREX

E Moral. & Strada & Schotti schedis.

2 *Villenæ Hisp. ingenti saxo incisum.*

HEVS. VIATOR. SI. VLLA. TIBI
PIETAS. INEST. VERTE. HVC
ORA
HEIC. SVNT. CINERES. C. CANII
POETAE. QVI. AD. QVART. VS
QVE. OLIMP. IN. VRBE. OMNIB
KARVS. VIX. DEINDE. IN. HISPAN
REVERS. NEMIN. LAES. TAND
CVM. AD. VETERES. CVPER. SODAL
IN. LATIVM. REMEARE. PER
PETVOQ. CVM. POPVLO. QVIR
VIV. DVRA. NIMIVM. FATA. PRAE
RIPVERE. ET. IN. ITIN. OCCVB
L. ALBINVS. CIT. HISP. PROC. HOC
MARMORE. TEXIT

Ex Morali & Strada.

Tarracone.

5 DEVICTO. HANNIBALE. CAPTA. CARTAGINE. ET. AVCTO
IMPERIO. HOS. CINERES. MARMORE. TECTVS. HABES
CVI. NON. EVROPE. NON. OBSTITIT. APHRICA. QVOND
RESPICE. RES. HOMINVM. QVAM. BREVIS. VRNA
PREMAT

Ex Strada & Morali.

6 *Pisauri, prope hortum Principis, visitur basis statuæ ruptæ. vnius lateris sunt, virago armata, item dearmata altera, quæ manib. junctis, altero genu terram tangens videtur supplicare priori. Retro armatam stant duo, quorum vnus armatus est, habitu Tribuni, alter sine armis cum vexillo cui inscriptum. S. C. Latere secundo conspicitur exercitus sub armis. Tertio vtrinq; pugnatur tubis præcinentibus, vexillis itidem inscriptum S. C. Sub equorum pedibus jacent mortui plures, inq; marmoris cubo scribitur.*

LVXVRIANTEM. ANIMO. POENVM. FERROQ. † POTENTEM ‡ IRVENTEM Ald.
VRBIS. IN. EXCIDIVM. VIX. PVBER. AD. ARMA. VOCATIS
PATRIBVS. EDOCVI. CERTA. SVPERARIER. ARTE
POSSE. OLIM. INVICTAE. PER. NOS. CARTHAGINIS. ARCES
INSOLITVM. SVBIERE. IVGVM. VICTORIA. NOSTRA. EST
ANNO. ET. IBERVS. ATROX. † CONIVNCTIQVE. ARMA. SYPHACIS † INVICTIQ Ald
MAXIMA. CVNCTARVM. VICTORIA. VICTA. VOLVPTAS

Ex Vrsini schedis.

Hellerenæ in Lusitania.

7 L. CORN. LEG
SVB. FAB. COS. VIVIDAM
NATVRAM. ET. VIRIL
ANIMV. SERVAVI
QVOAD. ANIM. EFFL
AND. DESERT
OPE. MEDICOR. ET
AESCVLAPII. DEI
INGRATI. CVI. ME. VOVERAM
SODALEM. PERP
FVTVR. SI. FILA
ALIQVANTVLVM. OPTATA
PROTVLISSET
L. FAB. COS. HEIC
ME. CONDD

Ex Morali ac Schotti schedis.

Pace Augusta, in Lusitan.

8 CRASSO IVNIORI M. CRASSI F
PATRIA LOBETANORVM SERVATA
QVAE IVRE BELLI MILITI IN PRAE
DAM DANDA ERAT POPVLI LOBETANI
VIRTVTE MAGNI VIRI SERVATI
STATVAM EI IN AERE AVRATAM
IN ADITV TEMPLI DEAE BELLONAE
POSVERE.

Ex Morali & Fabricio.

In regione Callecum Hispan.

9 P. DECIVS. E. GENERE. EOR. DE
CIOR. QVI. LATINO. ET. GALLI
CO. BELLO. PRO. EXERC. SE. DEVOV
ET. MEMORABILEM. PO. RO. VICTO
RIAM. COMPARAVERE. HEIC. CECI
DI. IN. ACIE. CONTRA. CALLECOS
IN. VLTIMO. MVNDI. MARGINE. QVO
NVLLAE. MAGIS. TERRAE
L. SYLLANVS. AD. III. A. CLVNIO
LAPIDEM. MARMOREO. ME
SEPVLCHRO. OPERVIT. ADST
ANTE. TOTA. III. LEGIONE. PRI
SCOR. LATINOR. IIII. TRIB
MIL. CVM. PRIMIPIL. SIGNIF
ET. HASTATIS. VIII. LEGIONIS

Ex Morali & Strada.

In Lusitania prope oppidum Padron.

1 L. MANCINO. COS. QVI. IN. RE
BELLAN. LVSIT. ARMA. MOVIT
ET. IN. ISCE. MONTIB. TRIG. LV
SITANOR. MILL. DEL. QVO. REM
POP. RO. LONGE. LATEQ
IN. EXTR. TERR. TVTA. AVCT
Q. REDD. PRAEFECTI. PER. SING
TVRM. LEG. II. MARSOR. ET
LEG. V. PRISCOR. LATIN. SI
MVLACR. EREXERE

Ex Morali & Strada.

Prope Finian Hispan.

3 D. PLANCIAE. RO. INGEN
TI. PRAEDIO. DONATAE
IN. AGRO. ACCITANO. OB
OPER. BENE. IN. REM. P
NAVATAM. CL. LONGIN
COS. OF. SOL

E Strada.

In montibus Pyrenæis, opido Mocha.

5 CERETANI. BELLO
VICTI. ET. VIRTVTE. MAGNI
POMP. SERVATI. STATVAM
EX. AERE. AVRATO. EQVEST
CVM. SEMPITERNA. PATRIAE
OBSERVANTIA. IN. MEDIO
FORO. POSVERE

E Morali & Fabricio.

Propè Longronium Hispan.

7 SANTIO. AVALO. CALAGVR
PRO. BONO. PATR. COMMVNI
TVTANDO. INVICTISS
S. P. Q. CALAGVR. HEIC. FVN
PVB. CELEBR. SEPVLC. QVE
CONSTITVIT. M. ATILIO
REGVLO. PROC. CVM. II
LEG. HON. CAVSA
ASTANTE

Ex Strada.

Prope Longronium Hispan.

9 DIS
MANIBVS. Q. SERTORII. M. F
BEBRIC. CALAGVRRIT
DEVOVI
ARBITR. RELIGION. ESSE
EO. SVBLATO. QVI. OMN. CVM. DIIS
IMMORTAL. COMMVNIA. HAB
ME. INCOLVMEM. RETINERE. ANI
MAM
VALE. VIAT. QVI. HAEC. LEGIS
ET. MEO. DISCE. EXEMP. FID
SER. IPSA. FIDES. ETIAM
MORTVIS. PLACET
CORPORE
HVM. EXVTIS

Ex Morali & Strada.

Ad Gades.

2 T. OVINIO. T. F. EQVITI
RO. TR. MIL. SVB. M. CA
TONE. PROC. QVI. MVLTA
PRO. RETIN. IN. FIDE. RO
PROVIN. FORTITER. ET
CONSTAN. GESS. I. ATEIA
L. AT. F. CELTIB. MARITO
B. M. F

E Morali & Strada.

Romæ, in templo Mineruæ prope Pantheum.

4 CN. POMPEIVS. MAGNVS. IMP. BELLO. XXX. ANNORVM
CONFECTO. FVSIS. FVGATIS. OCCISIS. IN. DEDITIONEM. AC
CEPTIS HOMINVM VICIES SEMEL CENTENIS LXXXIII. M. DE
PRESSIS. AVT. CAPTIS. NAVIBVS. DCCCXLVI. OPPIDIS. CASTELLIS
MDXXXVIII. IN. FIDEM. RECEPTIS. TERRIS. A. MOEOTI. LACV
AD. RVBRVM. MARE. SVBACTIS. VOTVM. MERITO. MINERVAE
CVM. ORAM. MARITIMAM. A. PRAEDONIBVS. LIBERASSET. ET
IMPERIVM. MARIS. POPVLO. ROMANO. RESTITVISSET. EX. ASIA
PONTO. ARMENIA. PAPHLAGONIA. CAPPADOCIA. CILICIA. SY
RIA. SCYTHIS. IVDAEIS. ALBANIS. IBERIA. INSVLA. CRETA
BASTERNIS. ET. SVPER. HAEC. DE. REGIBVS. MITHRIDATE. ATQ
TIGRANE. TRIVMPHAVIT

E Fabricio.

In Celtiberia.

6 QVO. VADAM. NESCIO
INVITVS. MORIOR
VALETE. POSTERI
POSTHVM. EQ. ROM

Ex Strada.

Eboræ.

8 SERTOR. LVSIT. DVX. IN. EXTREM. ORB
PLAGA. D. IMMORT. VOVET. ANIM. BVSTO
CORPVS. QVI. TIBI. SALO. THETHI. SERVATVS
QVO. LOCO. CIRCA. EBOR. RO. COS. COP. Q
IPS. CECIDERAT. OLIM. H. EREX. S. CIRCVM
VENTAM. DOLO. VMB. ELISIVM. DIRIGE
DIVA. D S. T. T. L
AVLICVS. P

E Morali.

Ibidem etiam non procul.

10 HIC. MVLTI. QVI. SE. MANIBVS
Q. SERTORII.... MORTALI
VM. OMN. PARI. FIDE. VOVE
RE. DVM. EO. SVBLATO. SVPER
ESSE. TEDERET. FORT
PVGNAN. INVICEM. CECID
MORTE. AD. PRAESENS. OPTA
IAC. VALETE. POSTERI

E Strada & Morali.

1 *Dianij Hispan.*

C. TERENT. T. MAR. F. PATRI
CIA. ROMANOR. GEN. ORTVS
PROH. DOL. HEIC. TAM. LONGE
MALO. COELI. CONTAGIO. CE
CIDI. M. MART. P. MART. PA
TRVEL. PIENTISS. CVM. IN
FAMIL. TERENT. ADOPT
QVOD. EGREGIE. SVB. C. CAESA
RE. MILIT. ISTO. LOCARI. TVM
FEC. VIX. AN. XXXVIII
M. IIII. DIES. X. HORAS. SCIT
NEMO

Ex Strada & aliis.

Loræ Hispan.

4 L. VCONI. VERRIC. F. GENTE
CELTIB. NOBILI. EMISSO
T. CORNELIA. ROMANA. E. GEN
SCIPIO. AEM. ORTA. CONIVGI
B. M. MARMOREVM. CIPPVM
CVM. STAT
P

Ex Strada.

Ad Capparam Hispan.

6 L. VOCONIO. C. F. PATRIA. FOR
TISSIME. DEFENSA. EXERCI
TV. VITELLIANOR. ACIE. SV
PERATO. CIVES. COLONIAE. CAP
PARITANAE. STATVAM. IN
FORO. OB. PERPET. REI. BENE
ACTAE. MONVM. POSVER
III. ID. MAIAS. P. HERENNIO
C. FORTVNATO. COS

Ex Morali & Strada.

Ibidem.

8 D . M
OSSA. MIL. V. ET. XIX. LEG. CVM
QVINTIL. V. INTERFECT. IVSSV
GERMANICI . IMPERATORIS. HVC
COLLATA. QVIESCVNT
SI. QVID. ADHVC. MANES. CINERES. ATQ. OSSA. SEPVLTA
MENTIS. HABENT. VOTISQ. IVBENT. SALVERE. REDVCTAS
IN. SVA. CASTRA. AQVILAS. FELIX. FAVSTVMQ. PRECANTES

Ex eod. Fabricio & Morali.

Salonæ.

10 LABEO. MARSVS. QVEM. IN. CALAMITATE. MACEDONICA
PROLAPSVM. EQVO. CELER. HOSTIS. PREMEBAT. GENATVM
SEQ. GLADIO. CRVENTO. TRAIECIT. NE. VICTORIS. OCTAVII
VVLTVM. SVSTINERET. HIC. EIVS. OSSA. CONDITA. SVNT
IVNONIS. LVCINAI. SACELLO. FLAMEN. DIALIS. VSTRINVM
APPLICARI. VETVIT

Ex Apiano.

2 *Inventum Viterbij in Hetruria.*

C. IVL. CAESAR
M. T. CICERONEM. OB. EGREGIAS. EIVS
VIRTVTES. SINGVLARES. AN. DOTES
PER. TOTVM. ORBEM. NOSTRIS. ARMIS. VIRTV
TEQ. PERDOMITVM. SALVVM. ET. INCOLV
MEM. ESSE. IVBEMVS
C. IABOLENVS

Ex Apiano & Fabricio.

3 *Tarracone Romam delatum.*

M. TVLLIO. CICERONI. M. F. ROMANAE
FACVNDIE. PRINCIPI
QVAEST. AED. COS. PROCOS. IMPE
RATORI. P. P. ARPINATES

E Morali & L. Pontio.

Prope Ansam in Hisp. in agro.

5 P. VOCEIO. ATTACEN..................
CVI. TESTATA. IN. S. P. Q. R. FIDE. ET. OBSERV.......
TEMPORE. ARCANÆ. MVLTOR. POPVL. CELTIBER.....
CONIVRAT..... CATO.... PROVIN. PROC. FVERAT
IMMVNITAS. PRIVATAR. PVBLIC. QVÆ. OMN... SOLVTIO..
CONCESSA. QVAM. GENTIL..... IN. POSTER. HEREDES
PERP. SEQVERENT.....

Gutenstenius ex Metelli schedis.

Hellerenæ Lusitan.

7 FORTISS. MIL. V. ET. XIX. LEG
QVORVM. OPERA. FORTITER
VETERA. CASTRA. DEFENSA. SVNT
POLIANDRION
HVC. REDVCES. OLIM. POST. TEMPORA. LONGA. REVERSAS
SENSERAT. IRI. AQVILAS. LEGIO. VNDEVIGESIMA. CVIVS
HÆC. VETERVM. MANES. CASTRORVM. HIBERNA. TVENTVR

E Fabricio & Morali.

Prope Longronium Hispan.

9 HEIC. MVLTAE. QVAE. SE. MANIB
Q. SERTORII. TVRMAE. MORTA
LIVM. OMNIVM. PARENTI. DEVO
VERE. DVM. EO. SVBLATO. SVPER
ESSE. TAEDERET. ET. FORTITER
PVGNANDO. INVICEM. CECIDERE
MORTE. AD. PRAESENS. OPTATA
IACENT. VALETE. POSTERI

Ex Morali & Strada.

11 *Prope Viseum urbem Lusitan.*

L. AEMILIO. L. F. CONFEC
VVLNERE. HOST. SVB
NIGIDIO. COS. CONT. VIRI
ATVM. LATRONEM. LAN
CIENS. QVORVM. REMP
TVTARAT. BASIM. CVM
VRNA. ET. STATVAM. IN. LOCO
PVBL. EREX. HONORIS
LIBERAL. QVE. ERGO

E Strada & Resendio.

1 *Non longe ab Ebora.*

FAB. METELLO. M. F. QVI. LABEN
TE. REP. ROMANA. CVM. PATRIA
C. E C. MORTE. OPTATA. LVCE. IN
VISA. DVM. OMNIA. TEDERET
CVM. AMISSA. IAM. LIBERT. ROM
INTVER. P. SERVILIVS. P. F
CIPPVM. A. L. D

Ex Strada & Morali.

2 *Serra Hispan.*

QVINTO SERTORIO VLTRA FRETVM ELI
MINATO ET HISPANIA SVB IMPERIO POPVLI
ROMANI RESTITVTA EGO IPSVS Q. METEL
LVS PIVS MAGNVM POPVLO ROMANO
IMPERIVM CITRA FRETVM COMPARAVI
CVM PATER VLTRA FRETVM NVMIDIA
DEBELLATA MAGNAM REIP. GLORIAM
ATTVLISSET

E Morali.

Aegredz Hispan.

3 D. M. S

C. LIBONIO. C. LIB. F. ROMA
VRBE. ORTO. ET. VATIA. MA
TRE. GENTE. ANTIQVA
IBEROR. EMISSA. C. LIBON
SOR. FRATRI. OPT
ET. B. M

Ex Strada.

4 *Foro Livij.*

LIVIVS. ECCE. FVI. ROMANVS
CONDITOR. VRBIS
HVIVS. ET. HANC. VOLVI. TER
RAM. COLVISSE. QVIRITES
MAGNANIMOS. POPVLISQ. DE
DI. COGNOMINA. VICTOR

Ex Porcario.

Patauij.

5 OSSA

TITI. LIVII. PATAVINI
VNVS. OMNIVM. MOR
TALIVM. IVDICIO. DIG
NI. CVIVS. PROPE. IN
VICTI. CALAMO. PO
PVLI. RO. RES. GESTAE
CONSCRIBERENTVR

E Simeonio.

Tarracone in Turiaso.

6 C. LIVONIO. C. F. QVI. IN
SEVIRATV. TVRIASON
REM. BENE. PATR. ADMI
NISTR. ET. SVB. Q. CAECIL
METELLO. MACEDON. COS
TOTAM. LATE. CELTIB. CIVIT
DON. ROM. IV. PRAET. OPTIME
ET. SANCTISS. TEMPERAR
POP. VBIQ. NOV. INSTITVTION
IB. ET. PREVILEG. REFORM
TVRIASON. VET. ET. IVN
STATVAM. IN. FORO. MINER
VAE. OPT. CIVI. P

Ex Morali & Strada.

In episcopatu Viterbuensi.

7 COLLATINVS. TARQVINIVS
DVLCISS. CONIVGI. ET
INCOMPARABILI
LVCRETIAE
PVDICITIAE. DECORI
MVLIERVM. GLORIAE
VIXIT. ANN. XXII
MENS. III. D. VI
PROH. DOLOR
QVAE. FVIT. CARISSIMA

Ex Apiano.

8 *Ausa, prope Gerundam Cataloniæ.*

AVL. MAEVIO. A. F. QVI. POST. DVODEC
SORORES. POSTHVMVS. E. VVLVA. P. AEL
MATRIS. EXTINCTAE. RESECT. ET. IIII
AETAT. AN. PATRE. AVLO. ORBATVS
ET. SVCCEDENTE. PRAETEX. TEMPORE. ANI
MO. IN. SORORES. MATERNO. PATERNOQ
FVIT. TOTA. HER. PRO. CONIVGIIS
EARVM. RELIC. ET. SIGNA. PO. ROM. VIC
TRIC. SVB. LVCVLLO. COS. IN. ASIAM. SEC
VTO. CVM. OPIB. PLENVS. ET. TRIB
MIL. POTEST. FVNCT. IN. PATRIAM
REVERTISS. MVLTIS. A. POPVLO. S. Q. R
PRIVILEGIIS. DONATVS. ET. NOBIL. IN
FORO. AVSETANO. PORTICVM. EXSTV
XISS. ET. PATRIAM. AERE. ALIENO. LI
BERASS. AVLA. MAEVIA. VLTIMA. SOROR. QVAE
SVPER. CVM. MAG. NEPOTVM. MVLTITVD
PRAECED. ET. SENATV. AVSET
CVM. POP. TOTO. FVNVS. SOBSEQVENT
HEIC. SEP. CVM. STATVA. POS. II. A
CIVIT. STAD. IN. LOCO. PATRIAE. PVB. QVO
OMNES. VRB. ADEVNTES. IN. LACETANQ
REDEVN. PERTRANSIR

Ex Morali & Strada & Schotti schedis.

9 *Ad Capparam Hispan.*

D. M. S

QVEM. VIDES. VIAT. PVTABIS
CINEREM. ESSE. IVERVM. ERRAS
VIDES. L. COMINIVM. CAMERTEM
BELLO. FORTEM. NEC. FALSO. GLO
RIOR. SVB. CN. POMP. MAGNI. F
OCCIDI. PRO. LIBERT. ROM. IN
NVMERIS. VVLNERIB. NEC. HER
CVLES. QVEM. GADES. COLVNT
ERIPERE. ME. A. MORTE. NEC. BEL
LONA. QVAM. CAMERTES. ADORANT
NEC. DEI. OMNES. ROMANI. POTV
ERE. QVIN. CADEREM. CADA
VERE. NON. COGNOSCENDO. VVLNE
RIBVS. MILITES. CAVSA. PIA
HIC. ME. POSVERE. VALE

Ex Morali & Strada.

1 *Ebora.*

QVAM . VARIA . HOMINVM
FATA
ORTVS. IN. MARSIS. DOM. THO
RANIVS. VLTIMAS. ADII. TERRAS
ARMA . SEQVT . INFELICIA . CN
POMPEI . HEIC . OCCVBVI . VVLNE
RE. L. OPTATI. ASTIGITANI
NEC. DII. NEC. CAVSA. MELIOR
ME. MISERVM. VIX. AN. ATTING
XX. A. MORTE. ERIP. TANDEM. L
THORANIVS. NATVS. THVSCVLI
SVBITO . COLLECTITIOQ. IGNE
ME. CONCREM. ET. III. DEM. MEN
CIPPVM. EREX. TAM. LONGE. A
PATRIA

Ex Morali & Strada.

Prope Eboram in prædio Pomariensi.

4 L. SILO. SABINVS. BELLO. CONT
VIRIATVM. IN. EBOR. PROV. LVSIT
ACRO . MVLTITVDINE . TELOR
CONFOSSVS. AD. C. PLAVT. PRAET
DELATVS . HVMERIS . MIL. H
SEP. E. PEC . MEA . M. F. I. IN
QVO. NEMIN . VELIM. MECVM
NEC. SERV. NEC. LIB. INSERI
SI. SECVS. FIET. VELIM. OSSVA
QVORVMCVNQVE . SEPVLCH
MEO. ERVI. SI. PATRIA. LIBE
RA. ERIT

Ex Morali Resendio & Strada.

6 *Compluti in Hisp.*

D. M. S

AEL.FABIAN.AEL.FABIAN.F.QVÆ MAGNO.CAST.ET
PVDICITIAE. EXEMPLO. IN. VRBE. CELESTA. DIV
FVIT. ET. QVAE. VITA. DECED. CVM. PVB. POPVLI
LVCTV. TOTA. VRBE. FVN. PROSEQVEN. V. KALEND
SEXTIL. ELATA. ANTE. AED. MINERVAE. SEPVLTA
EST. Q. PVBLICIVS. Q. F. F. CONIVGI. B. M. QVAE. VIXIT
ANN. XXXVIII.

E Schotti schedis & Strada.

8 *Inter Baias & Aversum.*

D . M

P. ATILIO. RVFO. ET. ATILIAE. BERONICAE. VX
VIXER. ANN. XXIIII. SED. PVBL. MEN. X. ANTE
NATVS. EST. ET. EADEM. HORA. FVNGORVM. ESV
AMBO. MORTVI SVNT. ILLE. ACV. ISTA. LANIFICIO
VITAM. AGEBANT. NEC. EX. EORVM. BONIS. PLVS
INVENTVM. EST. QVAM. QVOD. SVFFICERET. AD
EMENDAM. PYRAM. ET. PRAEFICA. CONDVCTA
ET. VRNA. EMPTA. ATQ. INDVLGENTIA
PONTIFIC. LOCVS. DATVS. EST

Ex Apiano & Fabricio & Burchelaro.

2 *Collæ, in Lusitania ad templum D. Virginis, in angulo turris semadirutæ.*

C. MINICIVS. C. F. LEM. IVBATVS
... LEG. X. GEM. QVEM. IN. PRAELIO..
CONTRA . VIRIATVM. VOLNERIBVS
SOPITVM. IMP. CLAVDIVS. VNIMA....
PRO. MORTVO . DERELIQVIT. EBV......
TIS . LVSITANI . OPERA . SERV.....
RARIQVE. IVSSVS. PAVCOS. SV.....
DIES . MAESTVS . OBI . QVIA.....
MERENTI . MORE . ROMA.......
AM. NON. RETVLI.

E Resendio.

Prope Eboram.

3 M. REGVL. TRIB. MIL. MARM. SARCOPH
OSSA. CONTEXIT. VALETE. MILIT. ROM

Ex Strada & Schotti schedis: nam longe hæc aliter Moralis.

5 *Apud Pacem Augustam, Hispan.*

T. TERTVLLVS. T. F. DEC. LABORE. ET. CVRA
MEA. PARAVI. HANC. DOMVM. C. TERTVLLO
FIL. DVLCISS. ET. IN. EA. VRN. VBI. OSSA. NOST
QVIESSE. IN. AEDE. ISIDI. SACRA. CONST
SI. MANES. POST. FATA. ALIQVID. SENTIVNT
L. Valentina. CCCLII.2.
P. Valētina. CCCXLV.10. DXVII.1. DCCXI.2
Valentinus, qui & Pontinianus Aug. N̄. verna. DLXXXV.2.
Valentinus Decurio. CCCCLXXVII.3.
Valentinus Secundanus. XXII.12.
Valentio. DCCCLXIX.9.
L. Valentius Eutychus. DCCCCLVI.2.
L. Valentius Senecio. DCCCCLVI.2.
Valeria. MCXXVI.2.
Valeria M. Paulli Gaui F. CCCCXVI.2.
Valeria Q.F. CCCXXI.12.
Valeria Valeri F. DCCCCXXV.11.
Valeria Acte. CCCCLXXVII.5.
Valeria Agathemeris. DCCV.3.
Valeria Apollinaris. MCXIX.7.
Valeria Arescusa. DCCCCXCIX.2.
Valeria L.Ɔ.L. Artemis. DCCCCXCIX.2.
Valeria Asclepias. DCCXI.10.
Valeria Athenais. DCCXI.3.
Valeria C.F. Atina. CCCXXIII.12.
Valeria Attia. DCCXX.1.
Valeria Attica. XLVIII.3.
Valeria L.L. Attice. DCCCCXCIX.2.
Valeria Valentini F. Auentina Secundina. DCCXII.10.
Valeria Auita. DCCIIII.6.
Valeria Bacchice. DCCCCLVI.9.
Valeria Benigna. CCCXCIII.1.
Valeria Berecunda Iatromea. MCX.1.
Valeria Carmosne. XXIX.10.
Valeria Charis. DCCCXXXVII.1.
Valeria Chione. MCXI.10. (LVI.4
Valeria Chreste. DCLXXXIII.10. DCCCC-
Valeria Chrysis. DCXLV.3.
Valeria Cipatina. CCCXXV.2.
Valeria Communia. MLXXXVIII.1.
Valeria Ɔ.L. Crocine. DCCXI.5.
Valeria P.L. Crocina. DCCCCXXXIII.3.
Valeria Daphnis. DCXCVIII.11.
Valeria Didia. MXXXIX.3.
Valeria Domata. MXXXIX.4.
Valeria Donata. DCCCXXXVII.4. MC-
Valeria Elpis. DCXIII.3. (XLV.8.
Valeria L. Lib. Eutychia. DLXVI.7.
Valeria Fauentina. CCIX.1.
Valeria Faustina. MCVII.3.
Valeria Felicitas. DCCXLV.9.
Valeria Flauina. CCCXLV.3.
Valeria M.F. Fortunata. DCCCXXXVII.2
Valeria C.F. Fusca. DCCCCLVI.5.
Valeria Fuscilla. DCCXI.4.
Val. Gemina. XXX.1.4.
Valeria Glauce. DCCCCLVI.3.
Valeria Glycere. DCCCXXXVII.3.
Valeria Grapte. DCCCXXXVII.4. DCCCCXCIX.3.
Valeria Grata. DCCCXCII.7. (XI.8.
Valeria Hermionentula Antonia. DCC-
Valeria Hygia. DCLX.4.
Valeria L.L. Irene. DCCCCXCIX.2.
Valeria Italica. DCXCIX.15.
Valeria Iucunda. MCXXVI.3.
Valeria Iulia. DCCXI.9.
Val. Iulina. CCCCLXXVIII.5.
Valeria Iustina DXLIX.5. DLXIIII.2. MCXLIII.3.
Valeria Lais. CCCCLXXX.3.
Valeria Lepida. DCCXI.10.
Valeria Lucida. DCCCXCII.8.
Val. Lucilia. DCCCXXXVII.10.
Valeria Q.F. Macrina. MXCII.3.
Valeria Marcella. DCCXI.12. DCCCXL.10.
Valeria Marciana. XXIX.10. DXLVI.9.
Valeria L.Ɔ.L. Marta. DCCCCXCIX.2.
Valeria Marulla. CII.5.
Val. Materna. DCLXXIX.6.
Valeria C.F. Maxima. DCCXII.1. DCCCCLXXXI.5.
Valeria Maximina. ML.4.
Valeria Modestina. DCCXII.2.
Valeria Montana. CCCCLXXVII.6.
Valeria Munatia. DCCCLII.11.
Valeria M.F. Myrine. DCCCCXXV.7.
Valeria Myrtale. DCCXI.6. (LXX.3.
Valeria Nice T. Aur. Dioscori uxor.
Valeria Nocturna. DCCCCLLVI.6.
Valeria Octauia. DCCXII.3.
Valeria Paterna. DCCXLIIII.7.
Valeria Polynice. DCCCXCII.13.
Valeria Prima. DCCCLXXXVII.14.
Valeria Prisca. DCCCXCV.9.
Valeria Priuata. DCLXII.1.
Valeria Profut. DCCCXXXVII.11.
Valeria Propinqua. DCCCLVII.10.
Valeria Quinta. CCCCLXXX.7. DLXV.10
Valeria A.L. Rufa. DCCCCLVI.2.
Valeria L.F. Rustica. CCCLXXVI.1.
Valeria Sabina. DCCLVIII.5.
Valeria Ɔ.L. Sabina. DCX.1. DCCCC-XXXIII.4.
Valeria Sammonia. MLXVII.3.
Valeria Saturnina. LXXV.12. DCCC-XXXVII.13.
Valeria Saturnina Ser. DCCCCXLIIII.7.
Valeria C.F. Secunda. CCCLXXXIII.6.
Valeria Senera. LXIX.4. DCCCX.9.
Valeria Seuerina. DCCXCVII.11.
Valeria Sextia. DCCCXI.2.
Valeria Sextina. DCCCXXI.1.
Valeria M.F. Siluana. CCCCLXXXI.4. DCCCXCIII.6.

L. Valerius L.F. Maximus. DCCCXCII.10.
L. Valerius Memor. LXXXII.5.
L. Valerius Nigri Lib. Menander portitor. LXII.5.
L. Valerius Muntanus Tarbellus. DCCCXCII.11.
L. Valerius Niualis. DCCLXXIIII.11.
L. Valerius Nymphodot⁹. DCCCLXXXVIII.1
L. Valerius Orestinus. DXXXIX.9.
L. Valerius Papia. DCCCCXCIX.2.
L. Valerius L.L.Ɔ.L. Phileros. DCCCCXCIX.2.
L. Valerius VOL. Philumen⁹. CCCCLXXX.1
L. Valerius L.F.GL. Poplicius Balbinus Maximus. MCI.8.
L. Valerius L.L. Primitiuus. CCLI.
L. Valerius L.F. POL. Primus. DLXV.8.
L. Valerius Priscus. CCCCLXXX.6.
L. Valerius Proculus. CCLV.2. MLXXVII.
L. Valerius Pudens. MCXI 7.
L. Valerius L.F. Pudens. CCCXXXII.3.
L. Valerius Rufus. DLXVI 1. DCLXXVI.11.
L. Valerius Saluius. MCXXX.1.
L. Valerius L.F. Secundus. DLXVI.3.
L. Valerius L.Ɔ.L. Seleucus. DCCCCXCIX.2
L. Valerius L.F. PAPIA Seruius. CCCVII.7.
L. Valerius Seuerus. XLIX 4. DLXVI.6. MLXXVII.
L. Valerius GAL. Seuerus. DCCXV.6.
L. Valerius Siluanus. CXXVIII.1.
L. Valerius Tempestiuus. CCCCLXXXI.4. DCCCXCIII 8.
L. Valerius Terentius. XLIIII.11.
L. Valerius Tiro. DLXVI.7.
L. Valerius L.F. Aniensis Verc. MCX.6.
L. Valerius Verecundus. CXXVIII.1.
L. Valerius Victor. DCCLIIII 10.
L. Valerius Virillio. CCCCLXXXI.7.
L. Valerius Vrbanus. DCCCCXCIX.2.
L. Valerius Zabda. DCXXXVII.5.
M. Valerius Q. CCXCIX.
M. Valerius L.F.Z.M. LIX.8.
M. Valerius M.M.M L.
M. Valerius Achilleus. DCXXX.6.
M. Valerius Albanus Læt. Lib. MLXXIIII 4.
M. Valerius M.F PAL. Amerimnianus. CCCCLXXVIII 1.
M. Valerius M.F. Amerimnus. CCCCLXXVIII.1.
M. Valerius Amice⁹. CCLI. DCCCCXXXVII.2
M. Valerius Auidius. MXXIX 9.
M. Valerius Bradua Mauricus. CCCLVI.1.
M. Valerius Callinicus. DCCCXCII.2.
M. Valerius Callipparthenus. DCCCXCII.2
M. Valerius Callistus. DCCCXCII.3.
M. Valerius Charidemus. DCCCLXV.4.
M. Valerius M.F.CLAVD Colonus. DLXIII.7
M. Valerius Crispinus. DLXIIII.9.
M. Valerius Dius. DCCCCLVI.4.
M. Valerius Donatus. DCCCCXXXVII.4.
M. Valerius M.F. POL. Eatinus. DLXV.3.
M. Valerius Faustus. MCXLV.8.
M. Valerius Felix. CCLII.6.
M. Valerius Ferox. CCCII.1.
M. Valerius M.F.GAL. Gallio. DCCXI.7.
M. Valerius Isaurus, vel Ismarus. DLII.2.
M. Valerius Ismari L. Isychius. DLII.2.
M. Valerius M.L. ROM. Iucundinus. CCCLXXIII.8.
M. Valerius Iucundus. MCXLIX.10.
M. Valerius Iunianus Volusius Saturninus. CXXIIII.
M. Valeri. Longus. CCCII.1.
M. Valerius Maximus Sacerdos. CCCXIII.4.
M. Valerius Bucinae L. Optatus. DLXXX 13.
M. Valerius Phoebus. CV.11.
M. Valerius Postumus. MLXXXVII.1.
M. Valerius M.M.M.L. Primigeni⁹. DCCCCXCIX.3.
M. Valerius M.F. GAL. Propinquus Grattius Cerealis Editanus. CCCCLXXXI.1
M. Valerius Punicus Aemilianus. DCCXII.5
M. Valerius Quintianus V.C. CCLXXXV.9.
M. Valerius Pius QVIR. Reburrus. CCCCLXXX.1.
M. Valerius SEX F. QVIR. Reburrus. CCCIIII.2.
M. Valerius Sabinus. MXXIX.9.
M. Valerius Secundus.
M. Valerius Pant. Secundus. DLXVI.4.
M. Valerius Semnus. DLII 2.
M. Valerius M.F. ROM. Septimianus.
M. Valerius Solo. MCXLIX.8.
M. Valerius Strenuus DCCCXXXVIII.1.
M. Valerius M.L. Syrus. XLI.11.
M. Valerius Tertius. DCCCCLVI.4.
M. Valerius Trophimus. DCCXII.7. DCCCXCIII.9.
N. Valerius Cos suff. CCXCIX.
P. Valerius. CLXXXVII.2.
P. Valerius Bassus. XLI.9. CCCCLXXVIII.4
P. Valerius P.F. Benedictus. CCLVIII.7.
P. Valerius Crispus Septentrio. XXXII.11.
P. Valerius Dionysius. CCCCLXXVIII.8.
P. Valerius P.L. Epictetus. CCLI.
P. Valerius Festus. CXXVIII.
P. Valerius Hera. DCCXXXVIII 9.
P. Val. Marcianus.
P. Valerius Minicianus. DCCXXXIIII.3.
P. Valerius F. Montanus. DCCXLII.5.
P. Valerius SP.F. Montanus. DCCXXX.10.
P. Valerius Nilus. CCCCLXXIX.4.
P. Valerius Pardus. CCCCII.3.
P. Valerius N.L. Philocrates. DCXIX.6.
P. Valerius Volusi F. Poplicola.
P. Valerius Seuerus. DCCCCXCIX.5.
P. Valerius P. Libert. PALAT. Tacitus. CCCCLXXXI.3.
P. Val. Tib. Marcianus. XII.9.
Q. Valerius. XXXII.10.
Q. Valerius Capito. CXXVIII.
Q. Valerius Eutyches. DCXCVIII.11.
Q.C. Valerius L.F. Festus. DCCCLXX.9.
Q. Valerius Firmus. CXXVIII.
Q. Val. C. Fil. VOL. Macedo. CCCCLXXIX.3
Q. Valerius Maro Iun. DCCCCXXV 9.
Q. Valerius Marullus. CCCLXIII.3.
Q. Valerius Monim.... MLXVII 2.
Q. Valerius Opialis. CCCCLXXIX.7.
Q. Valerius Q F OCR. Pacatus. CLXXXIX.5
Q. Valerius Plocamus. CCCCLXXX.3.
Q. Valerius Q.F. Postimius Romulus. CCCCLVIII.7.
Q. Valerius Tertullus. DCCCLIII.1.
Q. Valerius Vitilius. CCCCLXXXI.8.
SER. Valerius Seuerianus. DCCXII.6.
SEX. Valerius. DCCCXXXVII.12.
SEX. Valerius Mercurialis augur. CCCIIII.1.
SEX. Valerius Pardus.
SEX. Valerius SEX. Fil. FAB. Poblicola Vettinanus. CCCCLXXX.5.
SEX. Valerius SEX.F.FAB. Primus. DCCCXCIII.4.
SEX. Valerius Proculinus. CCCCLXIX.1.
TER Valerius TER.F. Felix. MCLVII.14.
T. Valer. L.F.FAL.
T. Valer. Albanus. MLXVIII.3.
T. Valerius Dionysius. DCCCXXXVII.1.
T. Valerius T.L. Pamphilus. DCCCCXCIX.4
T. Valerius T.L. FABIA Titi us. DLXVI.8.
T. Valeri⁹ T.F. VEL. Victor. CCCCLXXXI.6.
S. Valerius Karicus. CCLXIX.3.
M. Valesianus. DCCCXCIII.5.
P. Valesius Volusi F. Poblicola. VI.5. CCCCLXXX.4.
Valgia SP.F. Secundina. MXLIII.12.
Valgia Thallusa. DCCCIII.13.
C. Valgius C.L Lamus. MCLVIII 2.
C. Valgius C.L. Liparus. MCLVIII.2.
C. Valius Polycarpus. CCCCLXXXI.9.
Vallia Fulcinia Chelidon. DCCCXXXVIII.8.
Vallia Latia. CXXVIII.1.
Vallius Velox DLXVI.3.
C. Vallius Maximianus. MCI 6.
L. Vallius Atilian. CCCXXIII.6.
L. Vallius Lucanus. CXXVIII.1.
L. Vallius L.L. Phoebus. CCL.
L. Vallius Solon. LXVI.2.
M. Vallius Montanus. DCCCCXXV.13.
P. Vallius P.F. FAL. Alypus. DCCXII 12.
P. Vallius Successus. CXXVIII.1
P. Vapusius P.Ɔ.L. Gratus. DCCCCXCII 2.
P. Vapusius Ɔ.L. Philogenes. DCCCCXCII.2
Varenia Agrippina. DCLXX.9.
P. Varenius Nerua. CXXVI.
P. Varenius Zethus. CXXVII.
T. Varen. Prob. CCCCLXXXII.1.
M. Varenus Graphicus. DCCCCLVII.14.
M. Varenus Macarianus MXLV.9.
Varunteia Hilara M. Lib. LXXV.4.
M. Varunteius. DCCCXCIII.12.
M. Varunteius M.F. STEL. Apitius. LXXV.4
M. Varunteius M.F. PAL. Augurinus. LXII.7.
Varia Blanda. DCXXI.4.
Varia Flauia Salonia. MXXXVIII.2.
Varia Gemina, DCCXIII.2.
Varia Iucunda. DCCXII. 11. MCLX.7.
Varia M.F. Maxima. DCCCCXCIII.13.
Varia Myrina. CCCCLXX.4.
Varia Physis DCCCCLVI.10.
Varia Prima. CCCXXXIII 7. DCXXI 4.
Varia Procla DCCXIII.3.
Varia Saturnina. DCCXIII.14. DCCCCLVI.10.
Varia Secunda. DCCXIII.4.
Varia Q.F. Seuera. MXV.3.
Varia Ɔ.C.L. Tertia. DCXXI.4.
Varia C.L. Tertia. DCCCCXXXV.11.
V. Varia Licinia. DCCCCXCIX.7.
L. Varienus. DCCXXIX.11.
Varilla. DCCCLIII 2.
Varina Philippica. CCCCLXXXII.2.
Varina Flauina C.F. CCCXXV.3.
Varinia Serena.
C. Varinius. CCCXXV.3.
L. Varinius Q F. MAEC. Leuinus.
M. Varinius M F. Philippic⁹. CCCCLXXXII.2
Varius Callistus. DCCXIII.4.
Varius Eudamon. MCXLV.9.
Varius Hippodamas. DCCXIII.1.
Varius Ianuarius. DCCXIII.1.
Varius Ingenuus. MCXLV.9.
Varius Lucifer. DCCCXXII.4.
Varius Messianus CCCLXXXIII.1.

Vergilia

Vergilia L.F. Vrbina. DCCCCLXIII.8.
C. Vergilius Martanus. DCII.5.
C. Vergilius Strabo. CCCII.1.
M. Vergilius M.L. Antiochus. MXXXIII.2.
M. Vergilius M.L. Hilarus. MXXXIII.2.
M. Vergilius Lucullus. MXXXIII.2.
M. Vergilius Narcissus. DCCCCXXV 19.
M. Vergilius M.F. LEM. Proculus. DCCCXXXIX.4.
P. Vergilius P.F. pont. Max. CCCV.6.
Q. Vergilius Q.L. Buron. M.2.
L. Verginnaeus Fundanus. DCCLXXXIX.2.
Verginia Verginij F CCCCLXXXV.2.
Verginia Atilia. CCCCLXXXV.2.
Verginia Paulina. CCCCLXXXV.2.
Verginia Syntiche. DCCCCLVII.3.
Verginius Messor. CCCCLXXXV.2.
L. Verginius F. OVF. Atilanus. CCCCLXXXV.2.
L. Verginius Quintianus. CCCCLXXXV.2
Q. Verginius Albanus. CCCCLXXXV.3.
L. Verginius Eros. CCCCLXXXV 3.
Ver. Verula. DCCXIII.11.
Verin. Severa. XXX.1.
Verinius Seuerinus Albucius. MIX 3.
M. Verinius Primus CCCCLXXIII.2.
Vernasena Lycoris. DCCXIII.12.
T. Vernasenus Helix. DCCXIII.12.
Vernasia Cyclas. DLXXVI.2.
C. Vernasius Dexter. CCCI.
C. Vernasius C.L. Eumolphus CL.4.
P. Vernius P.F. QVI. DCCCCXXV 23.
P. Verrius Axianus. DCCL.1.
Ver. Verissimus.
Veronia Casia. DCCXXIII.10.
Veronia Calliste. CCCCLXXXV.4.
Veronia Cassia. DCCXLVI.4.
Veronia Charite. DCCCXXXIX.7.
Veronia Zosime. DCCCLXI.3.
M. Veronius Epaphroditus. CCCCLXXXV.4.
P. Veronius Amphion. DCCCXXXIX.6.
P. Veronius Callistus. DCCCCXXV.2.
Q. Veronius Pusilio DCCCXXXIX.7.
C. Verres Eros. DCI.1.
Verria Chrysophonia. DCCXIII.13.
Verria Matrona. DCLXXXIIII.7.
Verria Pareta. DCCXIII.13.
Verria Verula Colusa. DCCCXXXIX.8.
D. Verrius Auitus. DCCXVII.1.
M. Verrius December. DCCCXCIIII.7.
M. Verrius Venustus. DCCCXCIIII.7.
Versicula SP.F. Agele. DCCXLVI.5.
Versiculana Daphne. DCCXLVI.5.
Ver. Verissimus. CLXIX.7.
Versidia Restituta. DCXXVII.11.
Vertigea Calliste. M.3.
Veruscia Q.F Atilia. CCCCLXXXV.2.
Verucia. DCCXIII 14.
Ver' Hermetis Aug. Lib. F DLXXXIIII 1
Verus Seuerianus. DCXXXIX.6.
L. Verus Aemilianus. MLXXV.11.
Verzouia Saturnina Q R.F. CCCCXLII.8
Vesbinus Aug. L. CCXIIII. CCXV.1. CCCCLXXXV.5. DCXIX.8.
Vescinia Ↄ.L HEL.... M.4.
C. Vescinius Ↄ.L HES.... M.4.
T. Vescius T.F. VEL. Tertius. MCXLIX 9.
Vesenus Frontinianus. MXVIII.8.
M. Veserius M.F. PAL. Iucundianus. CCCCLXXXV.6.
Vesgasa Bitionis F. DCCXXXIII.5.
C. Vesidienus CN F. Bassus. CCCCLXXXV.7.
M. Vesidius Rufus. CCCII.1.
C. Vesius Martialis. DCLXII.2.
C. Vesnius C.F. STEL. Vindex. CCCCLXXXV.8
Vesonia Proba. DCCCLXXV.9.
L. Vesonius Diadumenus. DCCCLXXV.9
Vespeciatia Casia. XX.3.
Q. Vesquasius Fortunatus. DCCCLIIII.4.
Vesta Tacita. DCCCVI.8.
Vestalis. DCCCCXXXV.6.
Vestergia Chrysis. DCCXIIII.1.
C. Vestergius Martialis. DCCXIIII.1.
C. Vestergius Valens. DCCXIIII.1.
Vestia M.F.
Vestia Q. F. Firmina. DCCCCXXVI.1.
L. Vestiarius Trophimus. MCLIII.2.
C. Vestilius. MCX.7.
C. Vestilius Annulus. MCX.7.
L. Vestinus Viennensis Senator. Ro. DII.
L. Vestorius Zelotus. I.6.
Vestricia Hetera. DCCCCLVII.5.
T. Vestricius Hyginus. DCCCCLVII.5.
Vesuedia Q.L. Tryphenis. DCCCCLVII.6.
Q. Vesuedius Q.F. GAL. DCCCCLVII.6.
Veteranus. DCXCIX.2.
Veteria Catiola. DCCCXCIIII 5.
Veteria Veneria. DCCCXCIIII.5.
Veterina Canuleia. MXL.1.
Veternia C.F. Calpurnia Sermia. DXCV 9
C. Veternius Calpurnius Lucretianus. DXCV.9.
Vetia T.F. Secunda. CCCCLXXXVI.2.
Vetinus Assianus. LVI.10.
Q. Vetius Ingenuus. DLXVII.9.
T. Vetius POL. Aedilis. CCCCLXXXVI.2.
C. Vetternius Auspicalis. MLXXI.6.
C. Vettennius Nicon. MLXXI.6.
Vettia A.F. DCCLXIII.5.
Vettia Amor. CCCVIII.5.
Vettia L.F. C.L. Clara. M.5.
Vettia D.L. Ephemeris. M.6.
Vettia Hagne. DCCCCLVII 8.
Vettia Helpis. DCCCCLXIIII.4.
Vettia Ianuaria. DCCXIIII.2.
Vettia Iucundilla DCCIIII.8.
Vettia Lepida. CCCCXC.8.
Vettia Marcellina. DCCXIIII.2. MCXLIII.1.
Vettia Megiste. DCLIX.7.
Vettia Nice. MCXLIV.11.
Vettia Paulina. DCCCLIII.7. MCXXXV.8.
Vettia Prisca. DCCCXCVII.1.
Vettia Prisca C.F. Quincta. DCCCCLXXV.7.
Vettia C.F. Rufa. MXXXIX.5.
Vettia C.L. Saluia. DCCCCXCVIII.2.
Vettia Saturnina. CCCCXC.1.
Vettia L.F. Secunda. MLXIX.5.
Vettia Tyche. DLXXXIIII.5.
Vettia Victoria. DCCXIIII.3.
Vettidia Lepida.
CN. Vettidius CN L. Optatus. CL.4.
T. Vettidius T.F. Potens. CCCCLXXXVI.1.
T. Vettidius T.F. SCAPT. Valens. CCCCLXXXVI.1.
C. Vettienus Claudianus MXXXVIII.3.
C. Vettienus Faustus. DCCCCXCIIII.8.
C. Vettienus Hermes. DLXIIII.1.
C. Vettienus Modestus. DLXIIII.1.
L. Vettienus L.F. Restitutus. LVI.4.
L. Vettienus C.F. Tiro. CL.4.
Vettio Adfre maritus. DCCL.7.
Vettius. DCCXLII.9.
Vettius Agorius Pretextatus V.C. CCCX.1. CCCCLXXXVI.3. MCII.2.
Vettius German CCLXVIII.1.
Vettius Pretextatus V.C. CCCIX.2.
Vettius Puteolanus. DCCCXCII 13.
Vettius Scipio Orfitus. CCCII.2.
Vettius Vrsinianus. DCCLXXII 7.
C. Vettius Aquilinus. CCCII.2.
C. Vettius Dionysius. DCCXLVI.6.
C. Vettius C.F. Gauolus. XCIIII.5.
C. Vettius Helius. DCCXIIII.3.
C. Vettius Helpis. CCCCLXXXIII.5.
C. Vettius C.F. COL. Niger DLXVII.10.
C. Vettius Optatus MXXVII.4.
C. Vettius Polus. CCCLI 3.
C. Vettius Rufus. MXXXIX.5.
C. Vettius Siluinus XCVII.6.
C. Vettius Vestalis. MCXLIX.12.
D. Vettius Primus DCCCLIII.8.
L. Vettius M.F. PVBLILIA. DLXVIII.1.
L. Vettius Dercoedus. XII.10.
L. Vettius Felix. CCCCXCII.7.
L. Vettius Phileros. DCCCXXXIX.10.
L. Vettius Syntrophus religiosus. CCCVIII 5.
L. Vettius Telesphorus. MLXIX.5.
M. Vettius Germanus. MXLI.7.
M. Vettius M.F. Marcellus. M.8.
M. Vettius Mercator. XII.10.
M. Vettius Phoebus DCXXXII.3.
M. Vettius M.F. PAL. Pius. CCCCLXXXVI 6.
M. Vettius M.L. Telesphorus. MXII.7.
M. Vettius Tigris. DCCLXXXV.1.
M. Vettius Trophimus. DCCXIIII.2.
M. Vettius M.F. AN. Valens. MCII.3.4.5.
P. Vettius Dius. DCCCLVI.1.
P. Vettius Gemellus. DCL.6.
P. Vettius Perennis Carnuileius. CCCCLXXXVI.5.
P. Vettius P.L. Possidonius. CXXVIII.3.
P. Vettius Profuturus. DCL 6.
P. Vettius P.F. CAM. Sabinus. CCCCLXXXVI 7.
Q. Vettius IIVIR. CCXCIX.
Q. Vettius Nicephorus. DCCCCLVII.8.
SEX. Vettius aed. CCXCIX.
SEX Vettius Fidelis M.7.
T. Vettius Gnesius. CCCCLXIII 7.
T. Vettius T.L. Hermes. DCXXXVI.12.
Vettonius Proculus DLXI 11.
Vetturia L.F. Marcella. MCLX.2.
Vetulena Alexandria DCCCXCIII.9.
Vetulena Dorcas. DCCCXC.4.
Vetulena T.F. Quadratilla. DCCCCXXVI 3.
P. Vetulenus Nardus. DCCCXCIII.9.
P. Vetulenus Saturninus. DCCCXCIII.9.
Vetullia Terentulla. DCCXLVI.6.
Veturia M.F. DCCXIIII.5.
Veturia C.F. Bella. DCCXIIII.4.
Veturia C.L. Deutera. DCXLVIII.1.
Veturia P.L. Fausta. DCCLXXXII 3.
Veturia M.F. Gemella. DCCCXCV.1.
Veturia Primigenia. DCLXII. 9. DCCCCLVII.10.
Veturia Spuria Habens. DCCLXXXII.3.
Veturia Spuria Peregrina. DCCLXXXII.3.
Veturius Celsianus. MLXXXIX.6.
Veturius Felix. DLXXXIX.7.
Veturius Hilix. DCXCII.7.
Vet. Porcil. CXXII.
Veturius Primigenius. DCXXVII.8.
Veturius L.L. Secundus. MV.4.
Veturius L.L. Securus. II.2.

C. Vm-

Ηλιόδωρος

Ηλιόδωρος

CHRI-

CHRISTIANORVM.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

FINIS.

NOTÆ ROMANORVM VETERVM

Quibus Litera verbum facit

TVLLII TYRONIS

Ciceronis Liberti, &

ANNAEI SENECÆ:

Erutæ nunc primum è Bibliotaphiis editæque

A

IANO GRVTERO. auctore damnato.



ILL. VIRO

IOH. MATTHÆO WACHERO
à WACHENFELSA
&c.

EQVITI

S. CÆS. MAIESTATI

A

CONSILIIS SANCTIORIBVS

S. P.

ECCE *tibi,* VVACHERE *excellentißime, Tyronis ac Senecæ nominibus insignitas* NOTAS; *quibus nunc iterum à me sua lux, imò & vita. Quid ni enim ita loquar?*

Non est vivere, sed valere Vita,

inquit ille. At quæ esse poterat valetudo misellæ huic Genti in tenebris, in catenis Bibliothecarum? adde inter tormenta ac ludibria blattarum ac tinearum. Afflictißima procul dubio, & in quâ restituendâ irrita abiisset vel ipsa Salus. quanquam quid eis cum Salute? ideo potißimum defoßis, ut se perire sentirent; ut, exemplo Promethei Caucaso affixi, spiritum traherent in pœnam, quæ differret quod in se habet optimum, finem sui. Et sic tamen ipsum invenissent vel propriâ manu, nimis pertæsæ ideo solùm animam habere ut agerent; nisi tenuisset eas vis Fati major. cui & nunc quoque acceptum ferant licet, quòd jam penè conclamatis, tanquam Andromedæ secundæ, alter apparuerim Perseus. certè vinculis leviores factas, domum abduxi: ibidem exangues, saucias fractasq; foui, recreaui, proq; copiâ benignè habui. quod & ipsæ loquuntur; habitu & colore adeò vividæ, adeò floridæ, ut dignas duxerim, quibus iterum aperirem humanioris Literaturæ theatrum, unáq; cum Inscriptionibus meis publicè producerem, eis futuras

—— immensæ veluti connexa carinæ
Cymba minor.

Et verò cùm Prætoria illa navis feliciter per Famæ pelagus velificet, sub Tutelâ Sacræ Cæsareæ Majestatis,

Cui par est nihil, & nihil secundum;

haud videbam cujus patrocinio tutiùs acquiesceret hæc ejus pedisequa, quàm, mi VVACHERE, *tuo: qui summo Principum non modò es à latere & consiliis interioribus; sed cui uni præterea debeo auram fauoris, imò dignationis, quam Augustum illud Lumen capiti isti ultrò adspirat. Huc accedit, quòd nemini justiùs commendauerim Artem ab ævo ab viris antiquam, quàm ei qui in me diligendo, ornando, æstimando verè item antiquus: hoc est, neq; hujus seculi, neq; horum hominum. Ita dico, ita sentio; ita quoque meretur affectus tuus, tam in literas literatosq; publicè, quàm in me priuatim, tenerrimus. Excipe igitur libens à libente redivivam hanc Musarum ac Mercurii prolem; & patere auspicio nominis tui perambulare orbem hunc Europæ cultiorem; pate-*

re fronte præferre debitum meum, vocaliq; insuper præconio Doctis passim ac Probis apertè fateri, apertè consignare; suspicere me atq; exosculari jure merito animum tuum erga me, jam ab aliquot quidem annorum lustris plus quàm adamantinum, nunc verò nuperè etiam plus quàm igneum: patere, inquam, foco eius religiosam hanc confessionem injici; ceu thuris aliquot grana, resolvenda si non in flammam, at fumum qualemcunque deuotæ gratitudinis: saltem tantisper dum vel Tempus vel Occasio rationem aliquam obtulerit, si non integrum nomen, at aliquam eius particulam expungendi. Absit enim, absit, mi VVACHERE, *ut omnibus exutus, nuder item animo liberali, nuder voluntate satisfaciendi, nuder conscientiâ gratâ: absit vt capiar nexum, quo tibi teneor, dissimulare potiùs quàm ostentare, abrũpere quàm soluere. Non. non. etsi toto hoc exilio*

Vt hedera serpens vires arboreas necat,
Ita & noverca amplexu me Sors enecet:

curæ est tamen, eritq; dum ero, pudor, atq; honestas. quin, & vitæ exspes, ac jam prostratus à cæcâ illâ Deâ, imitabor tamen Polyxenam Priami; utq; ipsi


Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas
Quum caderet:

sic & ego nobilem maiorum meorum ingenuitatem, vestis funereæ loco pressiùs adprimam toto mihi; in eâ, imò & per eam accepturus ictum lethalem: exspiraturus verò in voce hac magnificâ:

Si à me regnum Fortuna atque opes
Eripere quivit, at Virtutem nequivit.

Vale, vir præstantissime: neq; indigneris, si non, ut in cæteris omnibus, ita & heic tibi cedam; sed animo saltem tecum certem, & quidem cum spe aliquâ victoriæ. quod ut faciliùs impetrem, scias superandum vel tuo bono: sic enim ætatem manebo Virtuti tuæ Doctrinæq; solidè devotus

IANVS GRVTERVS.



Ex Iohann. Tritc. Abbatis Spanheimensis Polygraphia.

DE NOTIS ET MIRABILI MODO, SED NIMIS LABORIOSO, SCRIBENDI M. T. CICERONIS, ET POST EVM SANCTI CYPRIANI EPISCOPI ET MARTYRIS.



MARCVS TVLLIVS CICERO facundus Romanorum Orator librum scripsit non paruæ quantitatis *Notarum*, quem Sanctus Cyprianus Carthaginensium præsul & martyr, multis & notis & dictionibus ampliauit, adiiciens vocabula Christianorum vsibus necessaria, vt opus ipsum fieret non solum vtile paganis, sed multò magis etiam fidelibus. rarus est codex, & à me semel duntaxat repertus, viliquе precio emptus. Nam cùm anno Dominicæ natiuitatis CIↃ CCCCXCVII Bibliothecas plures librorum amore perlustrarem, reperi memoratum codicem in quodam Ordinis nostri monasterio, nimia vetustate neglectum, proiectum sub puluere atque contemptum. Interrogaui Abbatem Doctorem Iuris quanti illum æstimaret, Respondit: *Sancti Anshelmi parua opuscula nuper impressa illi præferrem.* Ad bibliopolas abii (quoniam in ciuitate res contigit metropolitana) postulata Anselmi opuscula pro sexta floreni parte comparaui, Abbati & Monachis gaudentibus tradidi, & iam prope interitum actum codicem liberaui. decreuerunt enim pergameni amore illico radendum. Biennio ferme post hæc, eques Argentinam in causis Ordinis mei ascendi, admissúsque per Ioannem Keisersbergium insignem loci Concionatorem in Bibliothecam maioris ecclesiæ, Psalterium reperi totum hisdem Tullii & Cypriani notis exaratum, aureisque capitellis decentissime scriptum. Superscriptio autem ab ignaro mysterii talis fuerat extrinsecus posita, *Psalterium in Armenica lingua.* Doctorem adhibui, falsitatem ostendi, ita rescribendum admonui, *Psalterium notis Ciceronianis descriptum.* Quod fecerit nec ne, incertum habeo, quoniam ad eam bibliothecam postea non sum reuersus. Vt videas lector formam Ciceronis notandi, paucas subiicere notas statuimus.

APPROBAT
COMPROBAT
IMPROBVS &c.

Supposuerat enim XXX *verborum notas quas habemus pagina* XXXI. *column* 3. *addit deinde:*

Memoriam postulat iste modus scribendi magnam, & laborem legendi penitus ingentem, vbi quilibet character aut dictionem significat integram, aut syllabam vltimam siue partem orationis aliquam ad compositionem totius idoneam.

Ex Lib. 5. Epistola 8. Petri Bembi Cardinalis ad Iulium II. Pon. Max.

QVod ad te superioribus diebus liber è Dacia est missus, Notis perscriptus cum vetustissimis, tum ætate nostra insusitatis atque incognitis, quæque legi posse nullo planè modo videbantur; perpetuum in eo felicitatis tuæ cursum tenoremque perspexi: quæ cùm te maximas administrantem res, & orbis terræ habenas moderantem, supra spem expectationemque hominum semper fuerit prosequuta, eadem nominis certè tui propagandi curam atque studium, leuioribus etiam in rebus nunquam remisit. Nam cùm mihi eum librum dedisses, vt si illas interpretari notas aliqua ratione possem, id tentarem, tibique renunciarem, voluere omnes eius paginas, atque inspicere diligenter cœpi: quod cùm facerem, multo tamen plus in tuo iussu spei atque fiduciæ, inueniendi id quod quærebam; quam aut in susceptæ rei facilitate, quæ nulla ostendebatur, aut in mea industria laboreque ponebam. Itaque cum singula perscrutarer oculis, animaduerti in extrema quadam pagina, nostris literis, exesis tamen & dimidiatis ferè, scriptum versiculum, qui ostendebat *illum esse librum Notis antiquis perscriptum, quibus qui vsi fuissent, Notarii essent appellati.* Erat autem is quidem liber, Hygini Commentariorum de Syderibus quædam portio. Eo lecto statim admonitus sum, rationem esse illam Ciceronianam scribendi. tenebam enim memoria Plutarchum scribere, eos qui notarii appellarentur, à Cicerone originem habuisse. inuenisse illum notas quasdam, quibus à singulis plures literæ continerentur, illásque docuisse librarios suos: vt quoniam breui scripto multa comprehenderentur, per eos Senatorum sententias orationesque quas vellet, dum recitarentur, exciperet, atque habere scriptas posset. eoque modo ex Catonis orationibus illam, quam in coniuratos Catilinæ contra Cæsaris sententiam habuit, exceptam, & ad sua vsque tempora seruatam, solam extare. Consueuisse autem antiquos vti Notariis ad scripti conficiendi celeritatem, non ille modo, quem dico, Plutarchus, sed Valerius etiam Martialis commemorat, cuius celebres extant versiculi ea de re: & maximè omnium Ausonius, qui quidem puerum à notis suum, longos excursus sermonis, punctis pauculis absoluentem, mirificè laudat dimetris versibus. Prudentius verò Cassianum Martyrem in ludo literario pueros etiam eas notas docuisse, memoriæ prodidit Epodo carmine, quod de morte eius conscripsit. Quamobrem Hyginiano altero, nostris literis scripto libro, cum Dacico illo collato, significationes varias, multiplicesque sensus notarum plurimarum percepi: qui quidem sensus, ipsis tantummodo mutatis notis, sed etiam interpunctionibus notarum parumper variatis, commutabantur multis omnino, sed tamen certis & via quadam ac ratione dispositis & præfinitis modis, vt in artem redigi, si quis adhibere diligentiam vellet, & redire in vsum atque consuetudinem nostrorum hominum posse, mihi non difficillimè viderentur. Qua cùm ex re magnam voluptatem caperem, quod tibi me in eo cumulatè satisfacturum arbitrabar, aliquanto etiam maiorem hanc meam voluptatem illud fecit, quòd

nonnullos sciebam, claros atque doctissimos ætate nostra viros, quibus eum ipsum librum dederas cognoscendum, cùm peracri diligentia huius rei scientiam tuo iussu inuestigauissent, nihil omnino profecisse. Quam quidem quoniam tibi Fortuna occasionem tribuit, quò rei etiam literariæ, hac in parte, futurorum hominum memoriæ clarius nomen commendetur, & celebretur tuum; incumbe quæso in eam curam, & animi tui qui sua magnitudine capere omnia & complecti potest, partem aliquam huic etiam cogitationi largiare, & doctis, & probis, si qui sunt, (qui profectò sunt,) per quos is impressoribus mandes, vt hoc scribendi genus in lucem reuocent. Quid enim profectò, aut ad tui commemorationem illustrius, aut ad doctorum studia hominum accidere accommodatius potest, quam eiusmodi artem à Cicerone inuentam, & in magno honore diu habitam, quòd esse percommoda videbatur, amissam autem & ex hominum memoria sublatam penitus, iniuria temporum, annis innumerabilibus, tua nunc demum cura pietateque restitui? Ptolemæum quidem Philadelphum Ægypti, atque Attalum Pergami regem laudamus, quod in comparandis ad eas bibliothecas celeberrimas, quas instituerunt, libris omnem operam adhibuerint: ita pulchrum semper maximis, & in summo imperio constitutis hominibus fuit, iuuisse studia literarum, & ingeniis materiam suppeditauisse optimis se in artibus exercendi. Eam tu curam & diligentiam eorum æmulatus, ad illam egregiam bibliothecam Vaticanam, ab iis qui fuerunt ante te Pontificibus maximis comparatam, addis adiungisque alteram, non illam quidem librorum numero, sed cùm eorum, quibus est referta, probitate atque præstantia, tum loci commoditate amænitateque propter elegantiam marmorum & picturarum, speculasque bellissimas quas habet, ad vsum Pontificum multo etiam amabiliorem. Huic tu bibliothecæ quod ornamentum, quam venustatem, quam etiam autoritatem addere atque tribuere maiorem possis, hoc illius diuini propè hominis inuento in lucem reddito, hac scribendi arte restituta, planè non video. Quòd si esses, qui nihil vnquam aliud cogitauisses, nihil spectauisses, nisi ea quæ summa constantia, incredibili sumptu, maximis tuis laboribus atque periculis, conari atque perficere voluisti, vt Romanam remp. tuæ fidei creditam, in amplissimo imperio constitueres; tamen esset tuæ prudentiæ tuæque pietatis, ea quæ ad studia literarum pertinent, non negligere. iis enim studiis non pauca, neque sanè spernanda vitæ mortalium ornamenta commoditatesque continentur. Nunc verò cùm ad illa quæ maxima atq; praeclarissima sunt, summi principis officia, hanc etiam leuiorem, sed tamen gratam & iucundam, & ad cultum animorum aptissimam partem adiunxeris, vt otio & literis consulendum putares: cogitare multò diligentius debebis, quo pacto eius quoque partis explere omnes numeros possis. Non enim tam ea laudare, quæ quis rectè fecerit, quàm etiam reprehendere, si quid prætermissum sit, quod rectè fieri potuerit, omnes propè homines consueuerunt. Atque ipse quidem profectò Cicero, affici lætitia est existimandus, si hæc sentit; cùm intelligat ingenii sui egregia monumenta, quæ tot seculis in obliuionis nocte iacuerunt, ad tuam primùm notitiam peruenisse, à quo propter rerum gestarum memoriam, æternitatemque nominis, non minus sanè gratiæ atque splendoris acceptura sunt, si abs te restituerentur, quàm allatura, quòd eam tibi facultatem præbuerunt. Qua si rectè vsus fueris, redeo ad illud, quod initio dixi, suo tecum more Fortunam esse vsam, quòd is vltimis è terris missus, in tuas manus liber venerit, vt perspiceres omnibus in rebus, quæ augere tuam gloriam possent, tibi illam præstò semper fuisse, teque ornare modis omnibus voluisse. XIII. Calend. Febr. M. D. XIII.

IVSTVS LIPSIVS

Centuria I. ad Belgas Epistola XXVII.

P. LEONARDO LESSIO, Theologo Soc. Iesu.



IN variis & pæne cottidianis sermonibus nostris de NOTIS fabulati sumus: quarum usum crebrum vel adsiduum veteribus, uterque consentiebamus cum fructu & bono publico revocandum. Sed quî fiet? exoleverunt illæ, & fuisse magis, quàm quid & quâ facie fuerint, scimus. Ostendebas te non nolle ut aliquid huic rei colligerem, collectum ad te deferrem, melius sic certiusque arbitrãdum, an tanti tota res esset. Facio igitur: & cuius causa magis velim aut debeam? Tuum est, ut Homerico versu dicam,

— ὅσσον μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε
Καὶ σθένει·

Quantum equidẽ possum manibus pedibusque ex Robore conniti.

Notas hîc appellamus, scripturæ quædam compendia, cum verba non perscribimus, sed signamus: celeritati & exceptioni repertas. Ipse qui hoc facit, *Notarius* dictus. Glossæ: *Notarius*, ταχυγράφος· velox scriptor, à fine. Suidas: Νοτάριος, ὑπογραφεύς· quasi dicas *Exceptorem*, ab usu. Iterum Glossæ: *Notarius*, σημειογράφος *qui per signa scribit*, à modo. Hinc Ausonii quædam Epigraphe: *Ad Notarium, velocissimè scribentem.* Augustinus de Doct. Christ. *Ex eo genere etiam sunt Notæ, quas qui didicerunt, propriè iam Notarii appellantur.* Itaque duplex apud veteres scribendi ratio, *Scripturæ, & Notariæ*: illam καλλιγραφίαν hanc ταχυγραφίαν dicebant. Scriptor aliquis apud Suidam, de Origine illo, Græciæ stellâ, vtinam non caducâ. Ἀμβρόσιος, inquit, πολλὰ ἱκετεύσας καὶ παρορμήσας ἀνέπεισεν, καὶ ταχυγράφους αὐτῷ παρασχὼν ἑπτά, καλλιγράφους δὲ πλείους ἐξυπηρετεῖν τῷ αὐτῷ τὰς θείας γραφὰς πεποίηκε· *Ambrosius* (quidam inter potentes) *multa eum orans & adigens, & potem ei Notarios, plures scriptores alios apponens, commentari eum sacros libros curauit.* Fulgentius & has intellexit: *In omnibus artibus sunt primæ artes, sunt secundæ. ut in puerilibus litteris prima est Abecedaria, secunda* * *Notaria.* Rationem scribendi per litteras ut faciliorem, primam discebant; tum istam. In Suetonio huic sensui iam olim emendauimus: *Nepotes & litteras; & notare (siue Notariam) aliaq. rudimenta per se plerumque docuit: ac nihil æquè laborauit, quàm ut imitarentur chirographum suum.* Vulgò quidam *natare* scribunt, & defendunt alii: sed rem & textum Suetonii qui attendet, nisi pravi pervicax est, ad me ibit. Sed Notarum istarum quis primus auctor? Ego libenter Græcis gloriam dederim, & nominatim Xenophonti, philosopho & historico de quo Diogenes: καὶ πρῶτος ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα, εἰς ἀνθρώπους ἤγαγε· *Primus notis excipiens dicta (Socratis) in lucem hominesq. protulit.* At Latini ad se trahunt, de quibus ita Isiodorus: *Vulgares notas Ennius primus mille & centum inuenit.* Appellat *vulgares*, ut à *Iuridicis* & *Militaribus* de quibus subiicit, distinguat: & quia hæ in communissimo usu. Sed itáne auctor Ennius? nusquam lectum, & ipse Isiodorus mox abnuit: *Romæ primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentus est Notas, sed tantum præpositionum. Post eum Tertius Persannius Philargyrus, & Aquila Mæcenatis libertus alius alias addiderunt: deinde Seneca* (patrem puto intellegi) *contractu omnium digestoque numero, & aucto opus effecit in quinque millia.* Quis hîc ille *Tertius*? nullus in libris scriptis, quos ego vidi: & vox abest. Itaque legam *Post eum Persannius:* & idem nomen suprà reponere ausim: *Vulgares notas Persannius primus:* non autem *Ennius.* Ita dicat istum repperisse primum tali numero Notas: etsi paucas anteà Tiro Tullius, & ut addit (si ea quoque verba sincera) *præpositionum* tantùm: neque enim commodè hîc ingero aut digero *præpositiones*: tu iuuabis, si potes. At Plutarchus Ennium quoque reiicit, & magis pro Tirone est. Nam scribit in Catone Vticensi *unam eius orationem prostare, exceptam Ciceronis operâ qui in curiâ celerrimos scribas dispofuerat, prædictos Notis & signis uti.* Addit deinde: οὔπω γὰρ ἤσκουν, οὐδ' ἐκέκτηντο τοὺς καλουμένους σημειογράφους *nondum enim instituerant, neque habebant, Notarios dictos.* Sed magis hoc clarè Eusebius: *M. Tullius Tiro, Ciceronis libertus, primus notas commentus est.* Dionem Cassium mente refragari istis non arbitror, etsi pænè verbis. Nam scribit, & laudat inter alia Mæcenatem: ὅτι πρῶτος σημεῖά τινα γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξεῦρε· *quod primus notas quasdam ad celeritatem scribendi invenit.* Non herclè primus omnes, sed *quasdam* ex iis, & auxit. Imò reuerâ nec Cicero, nec ipse: sed liberti eorum, ut ex Isiodoro clarum: etsi Plutarchus & Dio patronis attribuerunt. Seneca noster magis ingenuè: *Quid loquar verborum Notas, quibus quamvis citata excipiatur oratio? vilissimorum mancipiorũ ista commenta sunt*: Tironis, Persannii, Aquilæ libertorum aut seruorũ. Hæc inuentio, propagatio, auctio: quis usus? duplex, publicus & priuatus. Isiodorus suggerit: *Notarum usus erat, ut quicquid pro concione, aut in iudiciis diceretur, librarii scriberent complures simul adstantes, diuisis inter se partibus, quot quisque verba, & quo ordine exciperet.* Ait fuisse *complures simul*: quod necessum, ubi citata & longa oratio, neque unius mens aut manus sufficeisset. Ait, *adstantes*: at liber scriptus, *addentes*: ex quo possis, * *audientes.* Ait denique, *divisisse partes, & verba*: id est, ut primus sex prima verba (pro exemplo) secundus sex altera, tertius tertia: aut tali diuisione, & postea simul iuncti & conferentes, membris insitis, orationem explerent. Ac plurimùm ita fuerit, certiùsque ita fuerit: arte tamen adiuctâ, nihil ambigam vel unum sufficeisse. Igitur publicè hic usus, orationes & dicta excipere, ac provulgare. Ita Asconius tradidit, orationem Ciceronis pro Milone, ipsam quam dixerat (nam hodierna hæc scripta modò est) *exceptam fuisse, quæ suo tempore exstaret.* Et Fabius queritur, *orationes aliquot suas*

Lib. II cap. XXVI.

III. Mythol. in Ortheo.

** Sic legimus vulgò corrupta*

August. cap. LXIV.

In eius vitâ.

Lib. I. c. XXI.

In Chron.

Lib. LV. Actis Anni DCCXLVI.

Epist. XC.

** Nec damnamus tamen adstantes.*

Lib. VII. cap. III.

suas circumferri, negligentiâ excipientium in quæstum Notariorum corruptas. Culpat non de facultate, sed de intentione: & quod tantum in quæstum, non fidem, excepissent. Factum idem in Actis iudicialibus & documento hodiéque aliquot Christi martyrum: in quibus omnia verba vltrò citroque referuntur. Vlpianus hâc occasione censet: *eos qui Notis scribunt Acta iudicum, reip. causâ videri abesse*. Ammianus, *Iudici assistentes hinc inde Notarios facit*. Manilius de Iurisprudente,

Lib. XIIII.

Hic etiam legum tabulas, & condita verba
Nouerit, atque Notis leuibus pendentia verba.

Cod. de utroq; iure enucl. Quia crebrò scilicet earum ibi vsus. quod tamen Iustiniano displicuit, ob causas: vetuitque *per signorum captiones & compendiosa ænigmata Codicis sui textum conscribi*. Publicè igitur hîc vsus: at priuatim, plurimus, sive in epistolis, orationibus scriptis alijs subitò dictantis, sive in excipiendo statim, & sine iacturâ magna lectionis, adnotando, Plinius Minor, de Maiore: *Semper ei, etiam in itinere, Notarium ad latus fuisse, cum libro & pugillaribus*. Idem de sese alibi: *Notarium voco, & die admisso, quæ formaueram, dicto*. Quis neget grande in eo commodum? & quod calor vel intentio dictantis morâ non tepescit aut frangitur? Hodie si in lectionibus publicis, ubi Dictatura regnat, usurpetur: quanto bono, & quo temporis fœnore fiat? Nam mira hîc in excipiendo celeritas: quæ finis & fructus propriè huius inuenti. Celeritas inquam tanta, *vt quamuis citata* (verba Senecæ) *excipiatur oratio, & celeritatem linguæ manus sequatur*: Quid, sequatur? imò præueniat: & ita Martialis in lemmate. *Notarius*:

Lib. III. ep. V.

Epist. XC.

Currant verba licet, manus est velocior illis,
Nondum lingua, suum dextra peregit opus.

Lib. IV. Manilius, de eodem:

Quiq; notis linguam superet, cursumque loquentis.

Ausonius ad suum Notarium:

Tu sensa nostri pectoris
Vix dicta, iam ceris tenes,
Tu me loquentem prævenis.

Et addit pulchre.

Quis, quæso, quis me prodidit?
Quis ista iam dixit tibi,
Quæ cogitabam dicere?

De vitando susp. contub. Ideò *furta verborum* Hieronymus dixit: *Extemporalis est dictatio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profusa, ut Notariorum manus lingua præcurreret, & signa ac furta verborum volubilitas sermonis obrueret*. Furta, inquã vel quia eripiunt & præripiũt verba: vel etiam, quia tegunt & compendio quasi clepunt. Sed quid aut quales fuere igitur? inquies. Communiter possum dicere, videri duplices fuisse, *Litteras & signa*. *Litteras*, ut cùm una aliqua hoc aut illud verbi notat: P. Publius: eadem *Pupillus*. eadem inversa, *Pupilla*. Item C. *Cajus*: conuersa Ↄ. *Caja*: & quæ talia passim in libris aut monumentis. Sed cùm eæ paucæ essent, *Signa* reperta, plerisque verbis notandis: quid ni plerisque? cum ad quinque millia fuisse à Senecâ, supra dictũ? Ea autem aliâ quadam & minutâ facie, ut iure à *litteris* distinguantur. Iurisconsultus: *Notis, scripta tabula non continentur edicto, quia Notas litteras non esse Pedius scribit*. Sidonius. *Tribuit & quoddam dictare celeranti scribarum sequacitas salutuosa compendium, qui comprehendebant signis, quod litteris non tenebant*. Signa igitur, & parva, atque ita Plutarchus notificat: σημεῖα ἐν μικροῖς ϗ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα· *Signa in parvis & breuibus figuris, multarum litterarum vim includentia*. Ausonius *Puncta appellat*:

Lib VI de bon. Poss.
Lib. IX. ep. IX.
In Catone.

Punctis peracta singulis
Vt una vox absoluitur.

Cod. de utroq; iure enucl. Et benè *Singulis*: unde & sic appellarunt. Iustinianus in Constitutione Græca: Σημείοις ἐν τῇ γραφῇ, ἅπερ σίγλας καλοῦσι. *Notis in scriptura, quas Singulas appellant*. Sed de *Punctis*, etiam Prudentius, de Cassiano martyre, doctore eiusce artis:

Περὶ στεφ. Hymn. IX.


Præfuerat studiis puerilibus, & grege multo
Septus, magister litterarum sederat,
Verba notis brevibus comprendere multa peritus,
Raptimque punctis dicta præpetibus sequi.

Et addit eum damnatum, & adiudicatum ipsis pueris, qui stilis foderent & conficerent, imitatione illius artis. Itaque clamant: *Reddimus ecce tibi tam* MILLIA MVLTA *notarum,*

Quæ stando, flendo, te docente, excepimus.
Pangere puncta libet, sulcisque intexere sulcos,
Flexas catenis impedire virgulas.

Ex quibus videas & *Puncta* fuisse, & *Lineas*, & *Flexuras* ac *Catenationes*. Nec plura repperi. aiunt libros alibi in bibliothecis exstare harum Notarum: cur non edunt? quanto utilius, quàm nugas quasdam hodie atque heri natas? Enim verò periisse utilissimam (ita censeo) artem, dolendum est: & reparabilem tamen, si libeat adniti. Sinenses hodieque characteras habent, quibus tota verba signant: sed operosos ferè aut implexos. Expeditius aliquid oporteat & credam à sagacibus viris, in paucis diebus, repertum iri, si iubeantur. Finivi mi pater, tu iudicabis, & tabellam dimittes, me animo tuo & precibus includes. In Musæo nostro, hodie horis matutinis.

NOTAE TYRONIS AC SENECAE.



De
Di
Dis
Ex
Ad
Con
In
Ob
Per
Pro
Pre
Re
Se

Sub
Trans
A
Te
Ne
Ni
Num
Enim
Enimuero
Eñuero iudicis
Et
Etenim
Sefe

Circum
Circa
Circiter
Circulus
Circellus
An
Ac
Nefcio
Nefcit
ALIT
Ter
Inter
Interim
Præter
Super
Infuper
Defuper
Exfuperat
Subter
Me
Nec

NOTAE TYRONIS AC SENECAE.

Neque
Atque
Sed
Sed si
Sed vt
Sed cum
Nam
Iam
Tam
Tamquam
Tamen
Veruntamen
Etiam
Sed etiam
Sed tamen
Etiā atq; etiam
Etiamsi
Etiamnum
Etiam nunc
Etiamne
Et tamen
Adtamen

Si tamen
CVM
Tecum
Ecum
Mecum
Secum
Inicum
Perinicum
Absque
Denique
Sicque
Vi
Mi
Hi
Ii
Sic
Sicine
Si
Sine
Desine
Forte
Si forte

Etsi
Et si forte
Tametsi
Tametsi forte
Nisi
Nisi forte
Nisi si
Nisi si forte
Nisi fallor
Nisi si fallor
Vt
Tu
Vti
Vtique
Vticunque
Vtinam
Atque vtinam
ITA
Itáne
Itaque
Ita verò

NOTAE TYRONIS
AC SENECAE.

Ita tandem
Itaut
Itauti
Vel
Velut
Veluti
Ac uelut
Ac ueluti
Sicut
Sicuti
Igitur
Ergo
Erga
Ipsi
Rem
Rerum
Res
Rei
Reis
Rebus
Quin
Sin

Adquin
Alioquin
Aut
Autem
Quin autem
Sin autem
Quin etiam
Sin etiam
Præterea
Interea
Propter
Propterea
Quapropter
Presertim
Presertícum
Cum presertim
Siue
Neue
Niue
Numue
VERVS

Verax
Veritas
Veritates
Veritatem
Veritate
Veritati
Veritatis
Veritatibus
Vero enimuero
Reuera
Reuerentia
Ego
Egomet
Egone
Ego ipse
Egomet ipse
Egone ipse
Ego uero
Ego enimuero
Ego autem
Ego iudicis
Ego .n. iudicis

NOTAE TYRONIS AC SENECAE.

Tum
Sum
Dum
Da
Ceu
Seu
Neu
Omnino
Omnis
Omnia
Omnium
Omnibus
Omnimodis
Omnibus rebus
Omnibusq; reb9
Omnium rerum
Rerum omnium
TIBI
Sibi
Vbi
Mihi

Nihil
Nil
Aliubi
Alicubi
Sicubi
Vbique
Vbicunque
Vbinam
Ibi
Ibidem
Inibi
Alibi
Vllus
Nullus
Bonus
Malus
Melius
Optimus
Pessimus
Alius
Alienus
GRECVS

Greca
Grecia
Latinus
Con
Latinum nomen
Nomen latinum
Non
Non enim
Negat
Abnegat
Denegat
Neque
Non negat
QVO
Quoquo
Quoque
Quousque
Quocum
Quocunque
Quodam
Quonam

NOTAE TYRONIS AC SENECAE.

Quopiam
QVA
Quadam
Quanam
Quapiam
Quacunque
Quod
Quotquot
Quotque
Quotcum
Quodcunque
Quoddam
Quodnam
Quodpiam
Quondam
Quendam
Quemnam
Quempiam
Quemcunque
Quis
Quisquis
Quisdam

Quisnam
Quispiam
Quiscunque
Equis
Siquis
Nequis
Niquis
Nunquis
Aliquis
Nescio quis
Inquis
QVAE
Quædam
Quænam
Quæpiam
Quæque
Quæcum
Quæcunque
Qui
Quicum
Quicunque

Quidam
Quinam
Quipiam
Quam
Quanquam
Quandam
Quamnam
Quampiam
Quamcunque
Vspiam
Vnquam
Vsquam
Nusquam
Quid
Quicquid
Quiddam
Quidnam
Quippiam
Quippe
Quidem
Equidem
Siquidem

NOTAE TYTONIS AC SENECAE.

Et quidem
Quandō
Quandoquidē
Item
Jtemque
Idem
Edem
Hisdem
Itidem
Identidem
Indidem
Inde de
Paucus
Pauci
Paucitas
Paucissime
Cui
Cuidam
Cuinam
Cuipiam
Cuicunque

Cuius
Cuiusdam
Cuiusnam
Cuiuspiam
Cuiusmodi
Cuiuscemodi
Quasi
Quare
Quasi ꝓximū
Quicquam
Quasi verò
Ceterum
De cetero
Tandem
Deinde
Tādē aliquādo
Aliquādo tādē
His
Ab his
Hisce
Hisne

Hiscine
Hiscit
Dehiscit
His rebus
Huius
Ex huius
Huiusce
Huiusne
Huiusquis
Huiusmodi
Huiuscemodi
Breuis
Breuiter
Breuior
Breuissimè
Breui tempore
Es
Est
Esse
Esset
Essem
Essent

NOTAE TYRONIS AC SENECAE.

Eſſemus
Eſſetis
Eſtis
Eſto
Eſtote
Prodes
Prodeſt
Prodeſſe
Prodeſſet
Prodeſſem
Prodeſſent
Prodeſſemus
Prodeſſetis
Prodeſtis
Prodeſto
Prodeſtote
Potes
Poteſt
Vtpote
Si potes
Si poteſt
Non potes

Nonpoteſt
Eſſe potes
Potes eſſe
Eſſe non potes
Nonpotes eſſe
Eſſe poteſt
Poteſt eſſe
Eſſe nõ poteſt
Nõ poteſt eſſe
Veſter
Noſter
Poſtulat
Expoſtulat
Poſtulaticius
Apoſtata
Erat
Ad
FVIT
A
Ad
Con

De
Dif
Pro
Prae
Re
Non
Super
Futurum
In
Pro
Fit
Plus
Plusculum
Plurimum
Quamplures
Hic
Hæc
Hinc
Huc
Huic
Hucuſque
Adhuc

NOTAE TYTONIS
AC SENECAE.

Quantus
Quanta
Quantis
Quantiſper
Quantũcunq;
Quantulum
Quantillum
Aliquantulum
Tantus
Tanta
Tantis
Tantiſper
Tantũcunque
Tantulum
Tantillum
Tãtummodo
Tantopere
Tantocius
Tantundem
Tantidem
Tantare
Tantis rebus

Tãtis de rebus
Tantarũ rerum
Aliud
Aliudquam
Aliud vero
Aliud certe
Illud
Illud quam
Illud vero
Illud certe
Qualis
Talis
Qualiter
Taliter
Qualiscunque
Qualitercunq;
CAVSA
Cauſarius
Cauſédicus
In cauſa
Ex

De
Sine cauſa
Sola de cauſa
Publicus
Publicanus
In publico
De publico
Republica
Reſpublica
Reipublicæ
Rempublicam
Remq; publicam
Reſque publica
Rei publicæ
Remq; publicam
In republica
De republica
Publicę priuatęq;
Priuatè publicéq;
Vir
Virtus
Viritis

NOTAE TYRONIS AC SENECAE.

Viritim
Vim
Viridis
Vireſcit
Reuireſcit
Reuirideſcit
Virecta
VNVS
Vna
Vnicus
Vnigenitus
Ad vnum
In vnum
Vnusquis
Vnuſquiſque
Vnumquem
Vnumquemque
Vnicui
Vnicuique
Vniuscuius
Vniuscuiuſque
Vnam rem

Vnāquamq̄ue rē
Vna res
Vnaquæque res
Qua de re
Qui in re

ALTER
Aliter
Aliter & aliter
Aliter aliterque
Aliter ac aliter
Aliter atque aliter
Vter
Vterque
Vtriusque
Vtrobique
Ad vtrumque
Ad vtramque
Ad vtriuſque
In vtrumque
In vtramque
In vtriuſque

Alteruter
Neuter
Deuter
Præceps
In præceps
Præcipitat
Præcipuè
Præceptor
Magiſter
Magiſterium
Rethor
Grammaticus
Pedagogus
Pedagogium
Pedagogiarium
Synagoga
In
Archiſynagogus
Archiſynagogicꝰ
ANTIQVV
Antiquarius

NOTAE TYRONIS AC SENECAE.

Antiquū tēpus
Tēpus Antiquū
Antiquus locus
Locus antiquus
Antiquꝰ homo
Homo antiquꝰ
Antiqua lex
Lex antiqua
Tenet
Abſtinet
Ad
Con
De
Re
Per
Pro
Sus
Ob
Circumtenet
Tenor
Tenax
Dicit

Edicit
Ad
Con
In
Inter
Per
Præ
Re
Maledicit
Dixit
E
Ad
Con
Contra
Indixit
Interdixit
Per
Præ
Re
Maledixit
Maledictus
Maledicus

Maledictioſus
Scribit
Ad
Cons
Des
Re
Per
Pro
Di
In
Præ
Sub
Trans
Circum
Supra
Scripſit
Ad
Con
Des
Re
Per

NOTAE TYRONIS AC SENECAE.

Pro
Præ
Dis
In
Sub
Trans
Circum
Supra
Scriptura
Proſcriptura
Semper
Sempiternum
In
Sempiterna ſeçula
In ſempiterna ſecula
PORTAT
As
A
Ad
Con
De
Dis

Ex
In
Intro
Re
Sub
Ob
Circum
Trans
DVCIT
E
Ab
Ad
Con
Deducit
In
Introducit
Per
Pro
Præ
Re
Se

Sub
Tra
Trans
Ob
Circum
Duxit
E
Ab
Ad
Con
De
In
Introduxit
Per
Pro
Præ
Re
Se
Sub
Tra
Trans
Ob

NOTAE TYRONIS AC SENECAE.

Circum
Habet
Adhibet
Cohibet
Exhibet
Inhibet
Redhibet
Perhibet
Prohibet
Præbet
Debet
Diribet
Habilis
Habilitas
Habilitat
Habilissimus
Debilis
Debilitas
Debilitat
Debilissimus
Nobilis
Nobilitas

Nobilitat
Nobilissimus
Ignobilis
Ignobilitas
Ignobilitat
Ignobilissimus
Ignobilis cognitorum
Nobilis cognitorum

Explicit cap. 1.

Incipit cap. 2.

Tuo
Tua
Reo
Rea
Meo
Mea
Deo
Dea
Suo
Sua

Illo
Illa
Isto
Ista
Eo
Ea
Tuos
Tuas
Reos
Reas
Meos
Meas
Deos
Deas
Suos
Suas
Illos
Illas
Istos
Istas
Eos
Eas

NOTAE TYRONIS AC SENECAE.

Duos
Duas
Duobus
Duabus
Duorum
Duarum
Tuorum
Tuarum
Reorum
Rearum
Meorum
Mearum
Deorum
Dearum
Suorum
Suarum
Illorum
Illarum
Istorum
Istarum
Eorum
Earum

Tuis
Tui
Reis
Rei
Meis
Mei
Deis
Dei
Suis
Sui
Illis
Illi
Istis
Isti
Eis
Ei
Tuum
Tuam
Reum
Ream
Meum

Meam
Deum
Deam
Suum
Suam
Illum
Illam
Istum
Istam
Eum
Eam
Tuus
Tuæ
Reus
